






PRIVILEGIA
CISTERCENSIUM
DIVIONE
1491
INCUNABULI
B
5
12
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze









XXXII ~~ANON~~.

Circesten Constitut.
Dijon. 1491.

6

1


Quam tibi Cisterci placeat ſanctiſſimuſ ordo.
Hęc nobis primum oſtenſio facta probat:
Ergo tuo maneat ſemp ſub numine tutus.
Deditus ante alios Virgo beata tibi.


BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
XV.
FIRENZE

Ut sydus nitidum: vester pręfulgidus ordo.
Jam penitus toto clarus in orbe micat.
Sanctus ⁊ exemptus: ꝑmaqꝫ ab origine liber.
Nullus in hunc quicqꝫ iuris habere solet.



Anno mileno centeno bis minus vno.
Sub p̄re Roberto cępit Cisterci⁹ ordo.

Monasterij, & Cellæ Abbatis Septimi.

Breuis prefatio sup sequenti collecta quorundã priuilegiorum ordinis Cistercieñ.

In nomine sancte trinitatis. Nos frater Johãnes abbas cistercij frequẽtius/nõ absq̃ pfundo cordis dolore/considerãtes sacrũ hunc ordinẽ nostrũ (dudũ quidem gloriosum) infelici nostra tẽpestate/ multipliciter & solito grauius/quasi vbiq̃ terrarũ inquietari/ & pene lacerari / ipsiusq̃ tã papalia q̃ regalia priuilegia & libertates passim impugnari/& sepius heu infringi/indeq̃ regularis obseruantie disciplinam/in vtroq̃ statu pro maiori parte/aut omnino adnullari/ aut saltẽ plurimũ remitti & diminui sicq̃ proch pudor a primeue cõuersationis puritate elongari & pene alienari/ totis virib⁹ de remedio cogitauim⁹ possibili. Tandẽ post varias ad maiores orbis sup hoc legationes/spirit⁹ nostri feruorib⁹ ad tãti ordinis restaurationẽ/etiã in hoc vno/ab olim cõcepto/satisfaciẽtes/ honestisq̃ capituli generalis/ ac pluriũ ordinis zelatorũ desiderijs obtẽperãtes/nõnulla tã noua q̃ vetera aplica/& quedã regalia/ex copiosissimo priuilegiorũ ordinis cumulo/quib⁹ tantarũ psecutionũ & molestiarũ anfractib⁹ & calamitatib⁹ obuiari poterit/ab archiuis cistercij extrahi & cõscribi/ fideliterq̃ ad originalia & registra auscultari/ac diligẽter anno dñi Millesimo quatercẽtesimo nonagesimo in modũ qui sequit̃ imprimi fecimus. Ut vel sic imposterũ deuoti & feruẽtes ordinis filij/zelũ ad sacre religionis defensionẽ seu restaurationẽ habeãt/ validaq̃ sue ptectionis munimẽta/ac felicioris status pmotiua/ inde accipiãt/ certi qđ cũ horũ/& aliorũ (nõ paucorũ quidem) originalib⁹/se iuuare decreuerint/cuncta pmpte apud cistercij recuperabũt. Utilius aũt certis ex causis nobis visum est claras cuilibet intitulatiões pmittẽtes/& p faciliori rerũ intelligẽtia/parua quedã notabilia qñq̃ interponendo omni elo-

a 3



1490.


3

quētie mūdialis lasciuia ex ꝓposito sequestrata/ea poti⁹ iux-
ta summoꝝ pontificum antiquitates/ꝙ̄ ꝭm materiarū cōne-
xiones seu distinctiones ordinare/cū nec ipe ꝑuilegiorum te-
nor satis hoc patiaꝛ. Tabulā vero ꝭm ordinē alphabeti/ vt iā
in silibus fieri solet/mime apponendā iudicauim⁹. Nā aut illa
solū esset sup priuilegijs in hac collecta positis/⁊ sic alia con-
demnasse videremur/aut etiā ad alia hic nō descripta se extē-
deret/queādmodū talē apud nos habemus/⁊ sic cum studiosi
legentes plura in tabula/ ꝙ̄ in libro repirent/ cōfusi ⁊ turbati
redderenꝛ. Idcirco si vtilis quibusdā forte videaꝛ / illā ꝓpter
causas dictas ꝑ alium ꝙ̄ ꝑ nos fieri malumus. Cūq3 fidelis et
ordini deuot⁹ lector noua legerit ⁊ vetera/eaq3 adinuicē cōpa
rauerit/si intelligat patres ordinis diuersis tēporib⁹ iuxta in-
gruētes morborū ⁊ ꝑsecutionū necessitates/ ad dictorum pri-
uilegiorū impetrationem ꝓ remedio laborasse/videbit/solito
grauiores ⁊ noui generis (maxime cōmendaꝝ) ꝑsecutiōes/ or
dinē sanctū/ab anno dñi. M.cccc.xxxvj. vsq3 ad ꝑsens inua-
sisse/cognoscētq3 venerabiles ordinis amatores/ab illo tēpo
re/obhoc ꝑuilegia noui stili ⁊ efficacie/ iuxta morborū graui-
tatē ꝓcurasse. In quib⁹ vt cunctis notū est expertis/vltra incre
dibiles labores/copiosas necesse fuit consumpsisse pecunias.
Nullus se decipiat/cogitās aut dicēs/q̄d ad me de cōibus or-
dinis priuilegijs seu de republica ipsi⁹. Hec cogitēt primi/ q̄s
spāliter onus istud respicit. Satis mihi est: si monasterij mei
particulares tracto materias. Nam quecūq3 ordini sunt cōia:
oportune cuilibet monasterio seruire pñt. Sed quē fructū af-
ferre pōt palmes nisi māserit in vite? Quid queso est tota ali-
qua vniuersitas/nisi multorū particulariū vnitas? Si mēbrū
es toti cōiunctū/sanitas nulla tibi nisi ex toti⁹ sospitate. Si se
peratum: ariditatē ⁊ desolationē time. Nevero quicunq3 ordi
nis aduersarij cū monasteria in cōmendā arripere/ seu priuile
gia aliter infringere machinanꝛ/ ex ꝑsenti collecta/ ⁊ secretorū
ordinis cōicatione seu publicatōe/malignādi occasionē aduer
sus ordinē accipere/seu priuilegiorū reuocationē aut infractio
nē impetrare valeant: quorūlibet filioꝝ ordinis aīas corā sū-

mo deo cōuenimus ꝛ interpellamꝰ/eisq; quã possumus inter-
minatione ꝓhibemꝰ/ne extra ineuitabilē ꝓcessuũ necessitatē/
quibuscũq; extraneis ab ordine/collectã ipsam/seu priuilegia
in ea cōtenta/cōmunicare p̄sumãt/ sed iuxta ꝓpheticũ oracu-
lũ dicãt/secretũ meũ mihi/secretũ meũ mihi. Cũq; id fieri opꝰ
erit: omni cũ sobrietate et prudentia/consilioq; nostro/ seu cō-
missariorũ nostrorũ /aut capituli generalis/ et non aliter fiat.
Porro ad obuiandũ machinationũ cōmentis ꝛ fraudibꝰ que
a fraterne pacis ꝛ ꝯcordie turbatoribꝰ/nōnunq; immitti ꝛ dis
seminari solent/ ꝓtestamur ꝛ decernimꝰ nullã fidem esse adhi
bendam/nisi codicibus p fratrē Conradũ leonbergeñ. mona-
sterij nostri Mulbroñ professum/ secretariũ nostrum/ aut per
alium a nobis instituendũ signatis.

Priuilegium dñi paschalis pape. ij.

Ut locus cistercij ab omni mortaliũ mo-
lestijs tutus ꝛ liber maneat/ Ibidēq; ppe
tuo abbatia sub speciali sedis ap̄lice tute-
la habeat̃/inhibēdo ne quis ipsuz cenobi
um/q̃ď nouũ dicit̃ monasteriũ/aut ipiꝰ cō
gregationē astutijs q̄buslibet/aut violen
tijs ꝑturbet/pacificationē ꝯtrouersie int̃
cistercieñ ꝛ molismeñ cōfirmando.



Ascalis Epũs seruꝰ seruoꝝ dei. Uenerabili filio Alberico noui monasterij abbati quod in cabiloneñ parrochia sitũ est/eiusq; successoribus regulariter substituēdis imppetuũ. Desideriũ qď ad religiosum ꝓpositũ et animarũ salutē ꝑtinere mōstrat̃/auctore deo sine aliq̃ est dilatione cōplēdũ. Uñ

nos o filij in dño dilectissimi citra difficultatē oēm vſarū p̄cū petitionē admittim⁹/qꝛ religioni vestre paterno ꝯgratulamur affectu. Locū igitur illū quē inhabitandū ꝓ quiete monastica elegistis/ab omniū mortaliuꝫ molestijs tutū ac liberū fore sanximus/et abbatiā illic ꝑpetuo haberi/ac sub apostolice sedis tutela specialiter ꝓtegi/q̄ꝺiu vos ac successores vestri in ea quā hodie obseruatis discipline ac frugalitatis obseruātia ꝑmanseritis/salua cabiloneñ ecclie canonica reuerētia. Presentis itaqꝫ decreti pagina interdicim⁹/ne cuiqꝫ omnino ꝑsone liceat statū vestre cōuersationis immutare/neqꝫ vestri/qđ nouū dicit̄/cenobij monachos sine regulari cōmendatōe suscipere/neqꝫ congregationē vestram astutijs q̄buslibet aut violentijs ꝑturbare. Eam sane cōtrouersie decisionē/quā inter vos ⁊ molismēsis claustri monachos/frater noster lugduneñ episcopus/tunc apostolice sedis vicari⁹/cum ꝓuincie sue episcopis/alijsqꝫ religiosis viri/ex p̄cepto p̄decessoris nostri apostolice memorie Urbani secūdi ꝑpetrauit/nos tanq̄ rationabilem ac laudabilē cōfirmamus. Uos igit̄ filij in christo dilectissimi ac desiderantissimi meminisse debetis/qꝛ pars vestri seculares latitudines/pars ipsas etiā monasterij laxioris minus austeras angustias reliq̄stis. Ut ergo hac semꝑ gratia digniores censeamini/dei semꝑ timorē ⁊ amorē in vestris cordibus habere satagite/vt quāto a secularib⁹ tumultib⁹ ⁊ delicijs liberiores estis/tāto amplius placere deo toti⁹ mentis et anime virtutib⁹ anheletis. Sane si quis in crastinū archiepiscopus aut episcop⁹/imperator aut rex/princeps aut dux/comes aut vicecomes/iudex aut ecclesiastica quelibet secularis ue ꝑsona hanc nr̄e cōstitutionis paginā sciens cōtra eam temere venire temptauerit/scđo tertioue cōmonita/si nō satisfactione cōgrua emendauerit/potestatis honorisqꝫ sui dignitate careat/reamqꝫ se diuino iudicio existere de ꝑpetrata iniq̄tate cognoscat/⁊ a sacratissimo corpore ⁊ sanguine dei/⁊ dñi nostri iesu christi aliena fiat/atqꝫ in extremo examine districte vltioni subijceat. Cunctis aūt eidē loco iusta seruantibus sit pax dñi nr̄i iesu christi/quaten⁹ ⁊ hic fructum bone actionis ꝑ-

cipiant/ et apud districtū iudicē pmia eterne pacis inueniant. Ego Paschalis catholice ecclesie eps. S. Datū troie p manū iohānis sancte. R. diac. Cardinalis. xiiij. kl. Maij. Indic. viij Incarn. dominice anno M. c. Pontificatus autē domini Paschalis secundi pape. ij.

Priuilegium domini Calisti pape. ij. de confirmatione primorū statutorū abbatis et conuentus cistercien/ vt sunt carta caritatis/ vsus ordinis/ et ea que antiqua dicuntur cisterciensiū instituta.

Calistus Epūs seruus seruorum dei. Carissimis in xpo filijs Stephano/ venerabili cistercien monasterij abbati/ et eius fratribus. Salutē et aplicā benedictionē. Ad hoc in aplice sedis regimē dño disponēte promoti cōspicimur/ vt ipo pstante religionē augere. et que recte atque ad salutē animarū statuta sunt nostri debeamus auctoritate officij stabilire. Idcirco filij in christo carissimi petitioni vestre caritate debita impertimur assensū/ et religioni vestre paterno cōgratulātes affectu/ dei opi qd cepistis manū nostre cōfirmatiōis apponimus. Siquidē cōsensu et deliberatione cōmuni abbatū et fratrū monasteriorum vestrorum/ et eporum/ in quorum parrochijs eadē monasteria cōtinent/ quedā de obseruatōe regule beati Benedicti/ et de alijs nōnullis que ordini vestro et loco necessaria videbant capitula statuistis. Que nimirū ad maiorē monasterij quietē et religionis abseruantiā auctoritate sedis aplice petitis cōfirmari. Nos ergo vestro in dño pfectui cōgaudētes/ capitula illa et cōstitutionē auctoritate aplica cōfirmamus/ et oia imppetuū rata pmanere decernimus. Illud noiatim oimodis phibētes/ ne abbatū aliqs/ monachos vros sine regulari com

5

mendatione suscipiat. Si qua igit ecclesiastica secularisue psona nostre cõfirmationi huic ⁊ cõstitutiõi vestre temeritate aliqua obuiare psumpserit/ tanq̃ religionis ⁊ q̃etis monastice pturbatrix/ auctoritate btõꝝ petri ⁊ pauli/ ⁊ nr̃a donec satisfaciant/ excõicatiõis gladio feriat. Qui vero cõseruator extiterit/ oĩpotẽtis dei ⁊ aplõꝝ eius bñdictionẽ ⁊ gratiã consequat. Interdicimus aũt ne quis ꝯuersos laicos/ vel pfessos vestros ad habitandũ suscipiat. Ego Calist⁹ catholice ecclesie ep̃s ꝯfirmaui ⁊. S. Datũ sedeloci p manũ Grisogoni sctẽ. R. eccl̃ie diac. cardinal ac bibliotecarij. x. kl. Jañ. Jndic. xiij. Jncarñ. dñice Anno M. c. xix. Põtificat⁹ aũt dñi Calisti scdi pape. anno. j.

Priuilegium dñi Eugenij pape. iij. de eo q̃ confirmat cartã caritatis/ ⁊ consuetudines ac statuta ordinis cistercieñ/ cum quibusdam alijs specialibus gratijs.



Ugenius Ep̃us seruus seruorũ dei. Dilectis filijs Gothonio cistercieñ/ ⁊ ceteris fratrib⁹ ac monachis/ tã psentib⁹ q̃ futuris regularẽ vitã/ ⁊ cistercieñ ordinis statuta professis imppetuũ. Sacrosctã romana eccl̃ia sic in btõ petro apostolorũ pncipe a dño ꝓmissionẽ obtinuit/ qḋ vniuersalis ecclesie fundamentũ existeret/ ⁊ pceptũ accepit vt christiane fidei pfessores in fide/ religiõe omniq̃ sanctimonia cõfirmaret/ ita p vniuersarũ ecclesiaꝝ pfectib⁹ sollicitã se semp exhibuit/ ⁊ de instituendo/ ꝯseruãdo/ ⁊ ꝓuehendo in oĩbus ecclesijs/ cultu sacre religionis fuit omni tẽpore studiosa. Ut ⁊ ab ea sicut a fonte ad vniuersos ecclesie filios sit religio deriuata/ ⁊ qḋ ab alijs q̃ spirit⁹ pmitias acceperũt/ religiose ac salubriter institutũ est p eandẽ imutabilẽ acceperit firmitatẽ. Jnde est dilecti in dño filij qḋ sa

cre religionis vr̄e opinione tanq̄ odore agri pleni/ cui bn̄dixit dn̄s/ ꝓuocati/ religiosis postulationib⁹ vestris benignū impti mur assensū/ ꝛ regulares institutiones vr̄as auctoritate ap̄lica cōfirmamus. In quib⁹ sub certis capitulis que inferi⁹ anne-xa sunt decreuim⁹ exprimēda. Statuistis equidē inter vos ne in alicui⁹ antistitis diocesi/ ordinis vestri abbatia fundet̄/ do-nec ip̄e antistes/ decretū qd̄ inter ecclesias ordinis vestri ad cu stodiā discipline firmatū est/ ratū se habere ꝑmittat. Et vt in omnib⁹ monasterijs de ordine vestro sicut ī cistercieñ ecclesia beati Benedicti regula ꝑpetuis tēporib⁹ obseruet̄/ ꝛ in lectio-nē ip̄ius nullus ordinis vestri ꝓfessor p̄ter simplicē ꝛ cōmunē intelligentiā/ quēlibet aliū sensū inducat/ sed vniformiter/ ꝛ sic̄ queq̄ diffinita noscunt̄/ itelligat̄ ab omnib⁹ ꝛ iuiolabiliter ob seruet̄. Easdēq̄ penitus obseruātias/ eundē cantū/ ꝛ eosdē li-bros q̄ ad officiū ecclesiasticū ꝑtinēt ꝑ vniuersas ecclesias vr̄i ordinis teneatis/ nec aliqua oīno ecclesia vel ꝑsona ordinis ve stri aduersus cōmunia ipsius ordinis īstituta p̄uilegiū a quo-libet postulare audeat/ vel obtentū quōlibet retinere. Ordina tū est etiā inter vos/ vt oēs abbates de ordine vestro singulis annis ad generale capitulū cisterciēse omni postposita occasi-one cōueniāt illis solis exceptis/ quos a labore vie infirmitas corpis retardauerit/ qui tn̄ idoneū nūciū delegare debebūt/ ꝑ quē necessitas remorationis illoꝝ valeat capitulo nūciari/ ꝛ il-lis itē exceptis qui in remotiorib⁹ partib⁹ habitātes sine gran di ꝛ euidēti difficultate se nequerint capitulo p̄sentare. Qui ni mirū eo termino veniēt/ qui eis in ipso fuerit capitulo cōstitu tus. Preterea si aliqua cōtrouersia inter quoslibet abbates de ordine vestro emerserit/ vel de aliquo illoꝝ tam grauis culpa fuerit ꝓpalata/ vt suspensionē aut depositionē etiam mereat̄/ quicq̄d inde a cap̄lo fuerit canonice diffinitū/ sine retractatiōe aliq̄ obseruet̄. Deinde in sūmario ꝓsequit̄ p̄ncipaliora pun cta carte caritatis/ Et circa finē addit q̄ sequūtur. Personā aūt de alio ordine nulla ecclesiarū vr̄aꝝ sibi eligat in pastorē/ sicut nec vestri ordinis aliquā/ monasterijs alijs statuistis ordi nari posse abbatē. Hec nimirū dilectissimi filij de multis insti-

6

tutionib⁹ ordinis vestri excerpsim⁹/ ꝛ ꝓpriis curauimus capi-
tulis designare. Quia vero singula q̄ ad religiōis ꝑfectū/ ꝛ ani
marū salutē regulariter ordinastis /ꝑsenti abbreuiatiōi neque
rūt annecti/ nos cū his que ꝑscripta sunt oia que cōtinētur in
carta vestra que appellaꝛ caritatis/ ꝛ quecūq; inter vos religio
nis intuitu regulariter statuistis/auctoritate ap̄lica roboram⁹/
ꝛ vobis vestrisq; successorib⁹/ ꝛ omnib⁹ q̄ ordinē vestrū ꝓfessi
fuerint iuiolabiliter ꝑpetuis tēporibus decernim⁹ obseruan-
da. De cetero q꞉ ꝓpositū firmū habetis habitatiōis vestre lo-
ca extra cōuersationē secularium eligēdi/grāgias vestras sicut ꝛ
atria ecclesiarū/a prauorū incursu ac violentia liberas ꝛ q̄etas
fore statuim⁹/ ꝛ vt nullus ibi hominē cape/spoliare. verberare/
aut rapinā exercere ꝑsumat/in virtute sancti spirit⁹ inhibētes.
Sanctiētes etiā/ vt ꝓpter cōmunia/interdicta terrarꝫ/nulla ec
clesiarū vestrarū a diuinis cōpellaꝛ officiis abstinere/ sed lice-
at omnib⁹ de ordine vestro/excōicatis / ꝛ iterdictis /eiectꝭ/clau
sis ianuis/summissa voce/ fratrib⁹ suis diuina celebrare solen
nia. Interdicimus itē ne aliqua oino ꝑsona fratres ordinis ve
stri audeat ad secꝉaria iudicia ꝓuocare/ sed si quisq; sibi aduer
sus eos aliquid crediderit de iure cōpetere/sub ecclesiastici iu-
dicis examine experiēdi habeat facultatē. Decernim⁹ ergo vt
nulli aliq̄ñ liceat his que in hac pagina ex auctoritate ap̄lorū
p̄ncipis a nobis ꝯfirmata ꝛ cōstituta sunt ausu temerario con-
traire/ac nostre hui⁹ sanctiōis vigorē aliqua ꝑsumptiōe infrin
gere. Si quis aūt hoc attēptare ꝑsumpserit/ ꝛ culpā suā satis-
factiōe cōgrua cōtempserit emēdare diuine aiaduersionis iu-
dicio se nouerit subiacere. Cūcta aūt ista seruātibus sit gratiā
ꝛ pax a deo ac dn̄o nostro iesu christo. Quaten⁹ ꝛ hic fructum
pie deuotiōis ꝛ actionis bone ꝑcipiant/ ꝛ apud sup̄mū iudicē
premia eterne pacis inueniāt. Amen.
Ego Eugenius catholice ecclesie ep̄us. S.
Ego Imarus tusculanus episcopus. S.
Ego Hugo hostiensis episcopus. S.
Ego Hubaldus p̄sbyter cardinalis tituꝉ. sancte Praxedis. S.
Ego Aribertus p̄sbyter card. tituꝉ. sancte Anastasie. S.

fo. 5.

Ego Rolandus pbr card. titul. sancti Marci. S.
Ego Gerardus pbr card. titul. sci Stephani in celio mōte. S.
Ego Johānes pbr card. titul. sctōꝝ Johānis ⁊ Pauli. S.
Ego Henric⁹ pbr card titul. sctōꝝ Nerei ⁊ Achillei. S.
Ego Johānes pbr card. titul. Equitij. S.
Ego Oto diac card sancti Georij ad velū aureū. S.
Ego Guido diac card. sancte marie in porticu. S.
Ego Johānes diac card. sanctoꝝ Sergij ⁊ Bachi. S.
Ego Jldebrādus sancte romañ ecclesie diac card. S.
Ego Gerardus sancte romañ ecclie diac card. S.
Ego Odo diac card. sancte romañ ecclesie. S.
Ego Bernardus sancte romañ ecclie diac card. S.
Datū signie p manū Bosonis sancte romañ ecclie scriptoris kl. augusti. Jndic. xv. Jncarñ dñice anno M. lij. Pontificat⁹ vero domini Eugenij pape. iij. Anno octauo.

Dominus Anastasi⁹ pp. iiij. oīno similē cōcedit ⁊ donat cō firmationē. Excepto q̄ in fine circa celebrationē diuinoꝝ offi cioꝝ tēpore interdicti sic dicit. Sanctiētes etiā vt ꝑpter cōmu nia interdicta terrarū nulla ecclesiarū vestrarū a diuinis com pellat officijs abstinere. Jnterdicim⁹ itē / ne aliqua oīno ꝑso na fratres ordinis vestri audeat ad secularia iudicia ꝑuocare / sed si quisq̄ sibi aduersus eos aliq̄d crediderit de iure cōpete re sub ecclesiastici iudicij examine experiēdi habeat facultatē. Decernim⁹ ergo vt nulli oīno liceat hanc paginā nostre cōfir matiōis infringere / vel ꝑscriptas institutiōes vestras ausu te merario violare. Si quis aūt hoc attēptare ꝑsūpserit indigna tionē oīpotētis dei / ⁊ beatoꝝ Petri ⁊ Pauli apłoꝝ ei⁹ se no uerit incursurū. Et p⁹ noīa ipsi⁹ sūmi pontificis ⁊. xiiij. dñoꝝ rū cardinaliū signantiū ⁊ approbātiū ponit sic. Datū later p manū Rollandi sctē romañ ecclie pbri card. ⁊ cancell. v. Jdus decembris. Jndic. ij. Jncarñ dñice anno M. c. liij. Pontifica tus vero dñi Anastasij pape. iiij. Anno primo.

Domin⁹ Adrianus pp. iiij. oīno similē in eadē forma cōfe-

7

cit cõfirmationẽ/sicut pmissa Anastasij.iiij.

Ad idẽ dñs Alexãder pp.iij.q circa mediũ/hãc addit clam. Electus aũt nulli archiepoꝝ vel epoꝝ emãcipatus/vel quasi absolutus tradat/sed nec post factã archiepo vel epo suo pfessionẽ occasione eius ordinis sui constitutiones transgrediat/vel in aliquo puaricator eius existat.

Eiusdẽ dñi Alexandri pape.iij.vbi multe monasterij filie cistercij idistincte cũ alijs cistercij possessiõib⁹ ꝛ iurib⁹ enumerant/ in quo apparet summa filiarũ ꝛ mẽbroꝝ ad matrẽ sicut aliarũ possessionũ ꝯnexio.

Alexander Epus seru⁹ seruoꝝ dei. Dilectis filijs Gilleberto abbati cistertieñ monasterij/eiusqꝫ fratrib⁹ tam pñtib⁹ qꝫ futuris regularẽ vitã pfessis imppetuũ. Religiosam vitã eligentib⁹ aplicũ cõuenit adesse psidiũ/ne forte alicui⁹ temeritatis incursus eos aut a pposito reuocet/aut robur/qđ absit/sacre religiõis infringat. Eapropter dilecti in domino filij vestris iustis postulationib⁹ clemẽter annuim⁹/ꝛ prefatum monasteriũ in quo diuino mancipati estis obsequio sub beati Petri ꝛ nostra protectione suscipim⁹/ꝛ pñtis scripti puilegio cõmunim⁹. Statuẽtes vt qscũqꝫ possessiones/quecũqꝫ bona idẽ monasteriũ in psentiarũ legitime possidet/aut in futurũ ꝯcessione pontificũ/largitione regũ vel principũ/oblatione fideliũ/seu alijs iustis modis deo ppitio poterit adipisci/firma vobis vestrisqꝫ successorib⁹ ꝛ illibata pmaneãt. In quib⁹ hec pprijs duxim⁹ exprimẽda vocabulis. Locũ ipsũ de cistercio cũ terris/pratis/aquis/siluis/pascuis/ꝛ omnib⁹ ptinẽtijs suis. Abbatiã de firmitate/Abba

tiā de pontigniaco/Abbatiā de clarauallе/Abbatiā de morl-mūdo/Abbatiā ꝺ pruliaco/Abbatiā de curia dei/Abbatiā ꝺ bonaualle/Abbatiā ꝺ elemosyna/Abbatiā ꝺ oratorio/Abbatiā de buxeria/Abbatiā de miratorio/Abbatiā de scō andrea Abbatiā de valātijs/Abbatiā de psonia/Abbatiā ꝺ eriuado/Abbatiā de obazina. Ex dono odonis ducis burgundie in foresta ei⁹ plenaria vsuaria in oībus pter exartationē/ ꝛ in tota terra sua libera vsuaria vbicūqꝫ terrā habet. Grāgiā de saleis cū adiacētib⁹ terris/pratis/aquis/siluis/pascuis/decimis/ ꝛ in omnib⁹ ptinētijs suis ex dono abbatꝭ ꝛ capituli sancti Benigni Diuionis ꝛ Aimonis dn̄i ꝺ tilecastio Guidonis ꝺ claro mōto/ꝛ aliorū heredū. Deinde ꝓseqꝛ̄ ꝛ enumerat alias cistercij grāgias ꝛ possessiones in parciculari quas illo tempore habebat. Et cū.xiij.cardinalib⁹ signat. Datū senoñ ꝑ manū Hermāni sancte romañ eccl̄ie subdiaconi ꝛ notarij.iiij. Noñ febr. Indic̄.xij. Incarñ dn̄ice anno M.c.lxiiij. Pontificatus vero dn̄i Alexandri p̄p.iij. Anno sexto.

Eiusdē/ꝙ quilibet abbas ordinis pōt absoluere fratres sui monasterij/ ꝛ eos q̄ ad ordinē accedūt/a vinculo excōicatiōis/ ꝓ appositōe ignis/ ꝓ violēta manuū iniectione in clericū/ vꝉ aliā religiosā ꝑsonā/ ꝛ ꝓ cōicatōe cū excōicatꝭ/mediāte pn̄ia salutari

Alexander Epus seru⁹ seruoꝝ dei. Dilectis filijs abbatib⁹ cistercieñ ordinis. Salutē ꝛ aplicā bn̄dictionē. Cū sitis arti⁹ diuinis obsequijs dediti vr̄e religionis ꝯsideratōe cōpellimur pr̄na ꝗeti vr̄e caritate ꝓspicere/ et grām nr̄am spālit̄ idulgere. Ea ppt̄ dilecti i dn̄o filij pijs postulatōib⁹ vr̄is iducti pn̄tib⁹ vob lr̄is idulgem⁹/vt vnusqsqꝫ vr̄m fr̄es mona-

sterij sui/si q̄ cū ad cōuersionē ei⁹ accedūt vel postea ꝯfessi fuerint/q̄ ꝑ appositiōe ignis/aut ꝑ violēta manuū iniectiōe i clericū/vel aliā religiosā ꝑsonā viculo teneant̄ excōicatōis astricti/vel q̄ excōicatꝭ cōicauerint/ de auctoritate nostra/facultatē habeat absoluendi/⁊ penitētiā iniūgēdi/quā videritis salutarē. Datū tusculaneñ. Nonas martij.

Eiusdē/Qḋ abbatib⁹ deponēdis si cōmoniti sue ꝑlatiōi spōte cedere noluerint/nō licet ad sedē aplica m appellare/aut reatū defendere. Qḋ licet abbatib⁹ nouicios suos benedicere/ ⁊ alia que ad illud officiū ꝑtinent exercere/etiā si ab episcopis bñdictione petita ⁊ negata benedicti non sint. Qḋ si epi aliq̄d ab abbatib⁹ ꝯtra ꝑuilegia ordinis petierit/licet eis auctoritate aplica denegare /ne occasiōe ista ordo/q̄ hactenus liber extitit/seruituti subijciat̄ Qḋ si epi aliquā cōtra ordinis libertates ferāt excōicationis sententiā irrita decernit.

Alexander Eps seruus seruoꝝ dei Dilectis filijs Alexandro cisterciēñ abbati/⁊ vniuersis eiusdē ordinis abbatib⁹ tā ꝑsentib⁹ q̄ꝫ futuris canonice instituēdis imppetuū. Attēdentes quō vos a secularis vite latitudine cōuersos omps ⁊ clemens dñs ad anguste porte deduxit introitū/⁊ vos tanq̄ꝫ a carne adipē sepauit/gaudio gaudem⁹/⁊ in ēna mētis leticia ⁊ exultatōe iocūditatis replemur/

monẽtes pariter ⁊ exhortātes/ vt sollicita intẽtione nitamini in vasis vestris oleũ deferre/ quaten⁹ cũ media nocte clamor factus fuerit/ accensis lampadib⁹ vestris sponsi mereamini thalamũ introire/ ⁊ iusticie beatitudinẽ recipere que vobis est reseruata in celis. Quapropter qꝛ vos elegit dñs in hereditatẽ sibi/ ⁊ a longe de alto respexit/ paci ⁊ trãquillitati vestre quãtũ nobis gratia diuina concedit ꝓspicere cupiẽtes/ aplica vobis auctoritate cõcedimus ⁊ indulgem⁹/ vt abbates vestri ordinis q̄ aliquo crimine fama publica respsi/ aut publice cõuicti/ a pr̄ibus abbatib⁹ sm̄ formã ordinis cõmoniti/ sue ꝑlationi sponte cedere noluerint/ ad sedẽ aplicam appellandi facultatẽ nõ habeant/ aut suũ reatũ p ꝑsonas aliquas defendendi. Sanctim⁹ ꝑterea vt si epi tertio cũ humilitate ⁊ deuotione sicut cõuenit requisiti substitutos abbates bñdicere forte renuerint/ eisdem abbatib⁹ liceat nouicios ꝓprios benedicere/ ⁊ alia que ad illõ officiũ ꝑtinent exercere/ donec epi ipsi duriciã suã recogitent/ ⁊ abbates benedicẽdos/ benedicere nõ recusent. Sane si epi aliquid ab abbatib⁹ ꝑter obedientiã debitã cõtra libertatẽ ordinis a ꝑdecessorib⁹ nostris ⁊ vobis indultã expetierint/ liberum sit eisdẽ abbatib⁹ auctoritate aplica denegare quod petit̄/ ne occasione ista ordo ipse/ qui hacten⁹ liber extitit/ ꝑpetue seruitutis laqueo vinciat̄. Qꝫ si epi aliquã ꝓpter hoc in ꝑsonas vel ecclesias vestras sentẽtiam ꝓmulgauerint/ eandẽ sentẽtiã tãq̄ contra aplice sedis indulta ꝓlatã/ irritã fore sanctim⁹. Decernimus ergo vt nulli oino hominũ liceat hanc paginã nostre constitutiõis infringere/ vel ei aliquaten⁹ cõtraire. Si qua igit̄ in futurũ ecclesiastica secularisue ꝑsona hanc nostre cõstitutionis paginã sciens cõtra eam temere venire tẽptauerit/ scdo/ tertio ue cõmonita/ nisi ꝑsũptionẽ suã digna satisfactiõe correxerit/ potestatis/ honorisq̄ sui dignitate careat/ reãq̄ se diuino iudicio existere de ꝑpetrata iniquitate cognoscat/ ⁊ a sacratissimo corpore ac sanguine dei/ ⁊ dñi redẽptoris nostri iesu christi aliena fiat/ atq̄ in extremo examine districte vltiõi subiaceat/ cũctis autẽ hanc nostrã cõstitutionẽ seruantib⁹ sit pax dñi nostri iesu christi/ quaten⁹ ⁊ hic fructũ bone actionis ꝑcipiãt/ ⁊ apud

districtū iudicē pmia eterne pacis inueniāt/Amē/Amē/Amē.
Ego Alexāder catholice ecclie eps. S. Ego Hubaldus hostieñ
eps. S. Ego Renardus portueñ eps/ꝛ sancte Rufine eps. S.
Sunt alij decē cardinales signātes. Datū Beneuent p ma-
nū Gerardi sancte romañ ecclie notarij. iiij. Noñ Julij. Indic.
ij. Anno dñice incarnationis M.c.lxix. Pontificat⁹ vero dñi
Alexandri pape. iij. Anno decimo.

Priuilegiū dñi Lucij pape iij. ꝙ nulli epo aut alteri liceat i psonas vel loca ordinis cōtra id qđ ab origine ordis fuit obseruatū/excōicatiōis/suspēsionis/vel interdicti sniam depromere. Et epi in bñdictiōib⁹ abbatū sint ɔtēti pfessione q̄ noscit instituta ab exordio ordis/ scʒ ꝙ abbates tūc debēt dicere/saluo ordine suo/ ꝛ priuilegijs ordinis/nec cōpellant aliā tunc facere pfessionē contra ordinis instituta.

LUcius Eps seru⁹ seruoꝝ dei. Dilectis filijs abbati cistercieñ/ et vniuersis coabbatib⁹ ei⁹ sub eodē ordine dño seruiētib⁹. Salutē ꝛ aplicā benedictionē. Monastice sinceritas discipline/quā in puritate ordinis quē tenetis eterni cōditoris puideñ restaurauit illā sp iuenit in aplica sede clemētiā/ q̄ ꝛ vobis in dño accresceret ppositū virtutl/ ꝛ alioꝝ deuotio vrīs puocaret exēplis/vt p celestiū semitā mandatoꝝ/ad ppositū felicit brauiū festinaret. Int cetera vero lʒ ordo vester ea se fuauerit epis hūilitate subiectū/vt saluis originalib⁹ institutis/eoꝝ sp vellet magisterio subiacere/illud tñ

hacten⁹ de fauore ⁊ ꝓtectõe ap̄lice sedis obtinuit/ vt nullus in monasteria vel abbates ordinis memorati quālibet ecclesiasti cā sniam ꝓmeret/ vel ꝑsonas in eodē ordine ꝯstitutas excõis/ vel suspēsiõis /seu interdicti ꝓmulgatõe grauaret. Quia vero refrigescēte caritate multoꝝ vsq₃adeo malicia noscit̄ abūdasse/ vt nōnulli eoꝝ q̄ ecclesijs dei modernis tēporib⁹ sunt p̄lati trāsgrediant̄ termios ab antiq̄orib⁹ ꝯstitutos/ ⁊ i vestrū ꝑ̄pār ordinē idebitā exercere nō dubitēt vltionē. Pn̄tiū lraꝝ inscriptione statuim⁹/ ⁊ auctoritate ap̄lica ꝯfirmam⁹/ vt nulli oino liceat in vos/ vel monasteria vr̄a/ seu fratres inibi ꝯstitutos ꝯ̄ id q̄d ab origine ordinis noscit̄ obseruatū/ excõis/ vel suspēsionis/ seu interdicti sniam ꝓmere. Quā si deprompta fuerit auctoritate ap̄lica decernim⁹ nō tenere. Adijciētes q̄q₃ decernim⁹/ vt archiepi ⁊ epi in recipiēdis ꝓfessiõib⁹ q̄ a bn̄dictis vel bn̄dicēdis abbatib⁹ exhibent̄ ea sint forma ⁊ exp̄ssione ꝯtenti q̄ ab origine ordinis noscit̄ instituta/ sc₃ vt abbates ip̄i/ saluo ordīe suo/ ꝓfiteri debeāt/ ⁊ ꝯtra instituta ordinis nullā ꝓfessionē facere cōpellant̄. Nulli ḡ oino hoim̄ liceat hāc paginā nr̄e ꝯstitutionis ⁊ cōfirmatõis infringere/ vel ei ausu temerario ꝯtraire. Si q̄s aūt hoc attēptare p̄sūpserit indignationē oipotētis dei ⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli ap̄lorum eius se nouerit incursurū. Datū Veronen̄. xj. kl̄. Decembris.

Similē bullā in forma expedit dn̄s Urbanus p̄p. iij. q̄ incipit/ Monastice sinceritas.

Hoc etiā priuilegiū in forma cōfirmat/ innouat/ ⁊ plurimū auctorizāt dn̄s Clemens p̄p. v. vide loco suo.

Priuilegiū dn̄i Urbani pape iij. Per q̄d cōcedit vt si epi mun⁹ bn̄dictiõis ⁊ alia q̄ ad officiū ep̄ale ꝑtinēt abbatib⁹ ordinis exhibere renuerit/ liceat eis si sacerdotes

fuerint ꝓprios nouicios bn̄dicere/ ⁊ alia
q̄ ad officiū abbatis ꝑtinēt exercere/ ac ab
alio ep̄o ea recipere q̄ a suo fuerit denega
ta. Et ep̄i in bn̄dictionib⁹ abbatū ea sint
ꝯtēti forma ꝓfessiōis q̄ ab origie ordinis
fuit istituta/ scʒ saluo ordine suo. Et sede
ep̄ali vacāte/ hec oīa a vicinis ep̄is suscipe
re possint. Et ab ep̄is transeuntib⁹ ꝑ mo
nasteria/ monachorū ordinatiōes/ vasoꝝ
⁊ vestiū benedictionē recipere valeam⁹.
Et nulli liceat ꝑsonas ordinis etiā ꝓ mo
nasteriorū substātia vel possessionib⁹ ad
iudicia secularia trahere/ seu nos ad cōci-
lia/ synodos/ aut aliquos forēses ꝯuent⁹
trahere/ seu ad loca ordinis causa ordies
celebrādi/ chrisma faciendi/ causas tractā
di/ vel ꝯgregationē ꝯuocādi accedere. Et
nullus infra miliare ab abbatijs vel grau
giis nostris edificia noua faciat. Et ī cau-
sis ꝓprijs/ siue ciuilē/ siue criminalē ꝯtine
ant questionē liceat nobis fratrū nostro-
rū testimonijs vti. Et nullus vicinos vel
mercenarios nostros ꝓeo ꝙ nos adiuue
rint ad laborandū in illis dieb⁹ in quib⁹

nota.

laboram⁹ ꝛ alij ferianṫ/vel occasione pri-
uilegiorū nobis a sede aplica cōcessorū/
seu ꝓpter detentionē decimarū/ vel bnfa
ctores nr̄os interdicere/aut vinculo ana
thematis innodare audeat. Et si forsā op
positū factū fuerit/possum⁹ tales absolue
re/ ꝛ eis ecclesiastica sacramenta ꝛ sepultu
ram ministrare.



Rbanus Ep̄s seruus seruoꝝ dei. Dilectis filijs abbati ci
stercien̄/ ꝛ vniuersis coabbatib⁹ eius sub eo-
dē ordine deo seruiētib⁹. Salutē ꝛ aplicā be
nedictionē. Cū ordo vester p infusionē diui-
ne gratie longe lateqꝫ fidelib⁹ christi sit odor
vite in vitā/in his que iuste reqritis tāto fa-
cilius nostrū imptimur assensum/quāto plu
res vestro exēplo in ecclesia dei ꝓficiunt ad salutē. Eapropter
dilecti in dn̄o filij vestris iustis postulatiōibus clemētius an-
nuētes/ ꝛ sollicite ꝓuidere volētes ne ad id qḋ vr̄am religionē
dedeceat/alioꝝ possitis malignitate cōpelli/ felicis memorie
Lucij pape p̄decessoris nostri vestigijs inherētes vobis aucto
ritate p̄ntiū indulgem⁹/ vt si archiepi vel epi in quorū parro-
chijs domus vestre fundate sunt/cū hūilitate ꝛ deuotiōe de-
bita reqsiti/abbates substitutos bn̄dicere/ ꝛ cetera que ad of-
ficiū ep̄ale ptinēt exhibere forte renuerit/eisdē abbatib⁹/ si tn̄
sacerdotes fuerint/liceat ꝓprios nouicios bn̄dicere/ ꝛ cetera q̄
ad officiū suū ptinent exercere/ et ab alio ep̄o accipere q̄ a suo
fuerint indebite denegata. Illud adijciētes vt in recipiēdis ꝓ-
fessionib⁹ que a benedictis vel bn̄dicēdis abbatib⁹ exhibenṫ/
ea sint epi forma ꝛ exp̄ssiōe ꝯtenti/q̄ ab origine ordinis noscit̄
instituta/ sc3 vt abbates ipsi saluo ordine suo ꝓfiteri debeāt/

ꝛ ꝯtra statuta ordinis nullã ꝓfessionẽ facere cõpellant. Qꝫ si se
des diocesani epi forte vacauerit/hec oia a vicinis epis libere
suscipe ꝛ absqꝫ cõtradictiõe possitis/sic tñ vt ex hoc imposterũ
ꝓprijs epis nullũ p̄iudiciũ generet. Quia vero interdũ ꝓprio
rũ epoꝝ copiã nõ potestis habere/ si aliquẽ epm ꝑ vos trãsire
cõtigerit/ab illo interim monachoꝝ ordinationes/bñdictionẽ
vasoꝝ/ꝛ vestiũ recipere valeatis. Paci quoqꝫ ꝛ tranquillitati
vestre ꝓuidere volẽtes districtius ꝓhibemꝰ ne quis vos ad se
cularia iudicia ꝓuocet/sed si quis sibi putauerit aliqd in vos
de iure cõpetere/sub ecclesiastico iudice expiendi habeat facul
tatẽ. Nullus etiã vos vel fratres vr̃os ad cõcilia/synodos/aut
aliquos forenses cõuentꝰ ire/vel iudicio seculari de substãtia
vestra ꝓpria/ vel possessionibꝰ subiacere cõpellat/ nec ad do-
mos vestras accedat causa ordines celebrãdi/chrisma faciẽdi.
causas tractandi/aut aliquos publicos cõuentus cõuocandi.
Adijciẽtes vt nulli infra miliare vnũ ab abbatijs/ vel grãgijs
vestris/edificia vel mãsiones nouas liceat facere. Qḋ si p̄sũp-
tum fuerit/ꝑ epum diocesanũ vel eius officiales excõicationis
sentẽtia arceat. In causis aũt ꝓprijs siue ciuilẽ siue criminalẽ
cõtineãt questionẽ/liceat vobis fratrũ vestroꝝ q̄s ad hoc ido-
neos esse cõstiterit testimonijs vti/ne ex defectu testiũ ius ve-
strũ valeat deperire. Auctoritate quoqꝫ aplica interdicimꝰ/ne
quis vicinos vel mercẽnarios vestros ꝓ eo ꝙ vos ad laboran
dũ adiuuerint in illis diebꝰ in quibus laboratis ꝛ alij feriant/
vel aliqua occasione eorũ que ab aplica benignitate vobis in-
dulta sunt/seu bñfactores vestros ꝓ eo ꝙ vobis aliqua bñfi-
cia vel obsequia ex caritate p̄stiterint interdicere/ aut vinculo
anathematis audeat innodare. Qꝫ si q̄s in aliquẽ de familia
vestra q̄ꝫdiu in famulatu vestro fuerit ꝓpter detentionẽ deci-
marũ/vl' aliud aliqd a sede aplica ordini vr̃o ꝯcessũ/excõis/vel
interdicti sniam ꝓmulgauerit/liceat vobis eos absoluere/ ꝛ si
necesse fuerit ecclesiastica sacramẽta cum sepultura conferre.
Nulli ergo oino hoim liceat hanc paginã nr̃e cõstitutionis et
confirmationis infringere/vel ei ausu temerario contraire. Si
quis autẽ hoc attemptare p̄sumpserit indignationẽ omnipo-

tentis dei ⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli apostoloꝝ eius se nouerit incursurū. Datū Veroñ. ij. Idus Martij.

Optimum notabile.

Nota ꝙ quilibet bonus ordinis zelator qui vult intelligere libertatē dicti ordinis/ que a nōnullis qsiqꝫ exemptio ab ordinarijs dicit̄/ debet attente notare ꝓuilegia p̄cedentia/ ⁊ aliqua sequētia. Et quia faciūt mētionē de ordinis libertate ab ipsi⁹ origine/ suꝑ omnia recurrendū est ad ꝓlogum carte caritatis/ que est fundamentale ⁊ originale statutū ordinis/ vbi est fons ⁊ origo libertatis ipsius/ in quo sic dicitur. Anteqꝫ abbatie cistercienses florere inciperent/ domin⁹ Stephan⁹ abbas ⁊ fratres sui ordinauerūt/ vt nullo modo abbatie in alicui⁹ antistitis diocesi fundarent̄ anteqꝫ ipse decretum inter cistercieñ cenobiū/ ⁊ cetera ex ea nata exaratū ⁊ confirmatū/ ratum haberet' ꝓpter scandalum inter pōtificem ⁊ monachos deuitandū. Beatus eñi Robertus ⁊ fratres sui iuxta diuinā inspirationē cistercium fundare volentes/ non ad presulē ordinariū episcopum cabiloneñ/ sed ad legatum apostolicū Lugduneñ episcopum recurrerūt/ ⁊ eius mandato imediate sub sede apostolica cistercium fundauerūt ep̄o cabiloneñ in nullo se/ nisi commissione dicti legati in cistertio se occupāte. Idcirco domin⁹ Paschalis papa secūdus in priuilegio p̄cedenti dicit abbatiā cistercij ꝑpetuo haberi sub speciali tutela sedis ap̄lice. Calistus autē papa secūdus/ ⁊ alij sequentes cōfirmando dictā cartam caritatis/ etiā ipsius ꝓlogū ratificant. In quo/ decretū ꝑ beate memorie dominū Stephanū cistercij abbatē ⁊ fratres suos suꝑ cenobijs ab eis fundandis factū exprimit̄/ scꝫ ꝙ nulle abbatie sui ordinis fundarent̄ in aliqua diocesi nisi prius ip̄e episcopus consentiret/ ꝙ sicut cistercium ordinis mater erat ab ordinario scilicet episcopo cabiloneñ exemptū/ ita quoqꝫ ⁊ ipse episcop⁹ in cuius diocesi aliud monasteriū ip̄ius ordinis esset

fundandū etiā cōsentiret monasteriū ipsum/in nullo eidē epō subijci/sed solū abbati cistercij qui cōditor dicte carte caritatis inter cetera dicit. Curā tñ animarū illoꝝ gr̄a caritatis retinere volum⁹ oēm ꝑ hoc iurisditionē intelligēs/statimq̄ ꝓsequitꝛ/in claustro nostro ꝛc̄. necnō suis patrib⁹ abbatib⁹ imediatis a q̄bus talia monasteria imediate dependerēt/ ſm gradus suos. Ex quib⁹ euidēter cōstat eos q̄ asseruerūt cisterciū/ ꝛ ordinem q̄nq̄/ ꝛ ꝑmo tp̄e fuisse ep̄is ꝛ ordinarijs subiectos/ min⁹ sufficienter ordinis secreta ꝛ fundamēta itellexisse/ ꝛ falsā opinionē posuisse. O si ita fuisset/q̄ꝫ inuite vniuersi ep̄i ꝑ totā mūdi latitudinē dispersi ꝯcorditꝛ/nullo eoꝝ discrepāte/tā gloriosū ꝛ famosū ordinē ab eoꝝ iurisditiōe eximi ꝑmisissent. Ut neq̄ ibidē visitatiōes quascūq̄ facerent/nullas ꝓcuratiōes reciperēt/ ꝛ penitus nihil auctoritatis inibi sibi reseruassent. Diuina igitur ꝓuidētia sanctos p̄res Robertū ꝛ ei⁹ fratres inspirāte ꝛ dirigēte/cisterciū ꝛ vniuersa ei⁹ mēbra in sūma libertate seu exēptione ab ordinarioꝝ subiectiōe nata/ ꝛ cōtinuata fuerint. Et cū exēpta dicuntꝛ/exēptio nō p̄supponit subiectionē aliquā fuisse p̄uiā/sed solū p̄seruationē/ne in subiectionē ruerent/ sic suo mō accipiēdo exēptionē/sicut cū gloriosa virgo Maria a peccati originalis macula q̄nq̄ exēpta dicitꝛ. Ab illa eñi totaliter imunis ꝛ p̄seruata semꝑ fuit/q꞉ tota pulchra sine macula/ aut ruga. Et suꝑ istis principijs fundantꝛ originaliter p̄uilegia p̄cedētia ꝛ multa sequētia in q̄b⁹ gradatim plura p̄orib⁹ adduntꝛ.

Quia insuꝑ dicta priuilegia tā p̄cedentia q̄ꝫ plura sequētia totiens rememorāt ep̄os in b̄ndictionib⁹ abbatū ꝯtentari debere ꝓfessione que ab ordinis exordio noscitꝛ instituta/ ꝛ aliam ab eis req̄rere nō possunt/filios ordinis latere nō debet ꝓfessionē hic multū generaliter ꝓ deuota quadā ꝓtestatione reuerentie ꝛ honoris ipsi ep̄o ꝑ abbatē in exhibitione b̄ndictionis facte accipi. Et q꞉ in aliquib⁹ p̄uilegijs sequētibus dicitꝛ/q꞉ ep̄i debeant esse cōtenti forma ꝓfessionis quā cistercij abbas facit in sua benedictione. Idcirco vt cū ꝓfone ordinis ꝑ dei gratiam ad illū actum ꝑuenient/nō oīno ꝓfiteantꝛ ſm formā in li-

bris epo℞ positā/dignū duxim⁹ hic eā quā facere solet abbas cistercij inserere. Ego. M. abbas cisterciē subiectionē/reuerē-tiam/⁊ obedientiā a sanctis pr̄ibus cōstitutā ſm regulā sancti Benedicti tibi dñe. M. epe/tuisq̧ successorib⁹ canonice substi-tuendis/⁊ sctē sedi cabiloneñ/saluo ordine nostro/ ꝑpetuo me exhibiturū ꝓmitto. Per hanc clausulā/saluo ordine nostro/ q̄ hic vltra libros dño℞ epo℞ addit/sufficiēter moderant ⁊ li-mitant termini isti in hac forma ꝓfessionis positi/ scʒ subiecti onē/reuerentiā/⁊ obedientiā. Sunt eñ ꝑ oīa ab eo tā interio-ori q̄ʒ exteriori foro exempti/vt patet ꝑ ista priuilegia. Quobrē ab olim plures deuoti ordinis filij cū missam celebrātes in ꝑn-cipio canonis dicūt ꝓ rege nostro/ ⁊ antistite nostro/eū ordi-nis patrē cui oēs de ordine subijciunt intelligūt/qui recte oīm sui ordinis pater ⁊ antistes dici potest ⁊ debet. Porro ad sup his vitandā multo℞ episcopo℞ cauillationē/ ⁊ pluriū abbatū simplicitatē/qui munus benedictionis recipiendo ad illa non multū aduertunt/⁊ ex hoc multi epi auctoritatē ⁊ iurisditionē sup eos ꝑtendere nisi sunt/sicut patet in multis locis germa-nie/⁊ in diuersis alijs ꝓuincijs/ ꝓinde voluerunt ordinis pa-tres/duo sup his remedia a. S. d. nostro Innocētio papa oc-tauo obtineri. Primū est declaratio amplissima exemptōis or dinis in generali ⁊ in particulari ab ordinarijs. Scðm vt cister cij abbas tanq̄ʒ eo℞ oīm pater/abbates ⁊ abbatissas bñdice-ret/⁊ sic cessant omnes occasiones ordinario℞/ ad sibi ꝑsonas ⁊ loca ordinis in aliquo subijciendū/q̄ suis in locis ponunt ꝑ-sco℞ exēplo patrū/qui ab exordio vsq̧ in ꝑsens ſm occurrētes ordinis necessitates in diuersis materijs ad sctām sedē recur-sum habuerūt/sicut ex hui⁹ collecte decursu satis cōstare pōt.

Priuileg⁹ dñi Honorij pape. iij. Ne de terris ante cōciliū acquisitis/ si alicui eas ad excolendū cōcesserimus/ ⁊ postmodū ad nos redierint/decimas demus.

13



Onorius Eps seru⁹ seruoꝝ dei. Dilectis filijs abbatibus ꝛ fratrib⁹ cistercieñ ordinis. Saluté et aplicā bñdictioné. Cū aliqñ cogéte necessitate/vel vtilitate ꝓpria reqrēte/terras vr̃as añ generale ꝯciliū acqsitas ꝯcesseritis alijs excolédas/ne ꝑ eo ꝙ de possessionib⁹ p⁹ idē ꝯciliū acqsitis decimas soluitis si ad man⁹ vestras talit ꝯcesse redierint/a quoq̃ vexari possitis/ vt nullus a vobis de hmōi terris q̄ ad vos taliter redierint/si eas manibus ꝓprijs aut sūptibus colitis/occasiōe ꝯcilij memorati/ decimas exigere vel extorqre p̄sumat/auctoritate p̄ntiū inhibemus. Nulli ḡ oīno hoīm liceat hāc paginā nr̃e inhibitiōis infringere/vel ei ausu temerario cōtraire. Si qs aūt hoc attēptare p̄sumpserit indignationē omnipotētis dei ꝛ beatoꝝ Petri ꝛ Pauli apl̄oꝝ ei⁹ se nouerit incursurū. Datū Lateraū. vij. kl. Decēbris. Pontificat⁹ nostri Anno nono.

Eiusdē. Ne legati sedis apl̄ice ꝓcūratōes pecuniarias/aut esum carniū a monasteriis nostris extorquere p̄sumant.



Onorius Eps seru⁹ seruoꝝ dei. Dilectis filijs vniuersis abbatib⁹ ꝛ cōuentib⁹ cistertieñ ordinis. Saluté ꝛ aplicā bñdictioné. Cū p̄ter paupere victū vestrū oīa bona vr̃a hospitalitati ꝛ alijs pijs opibus officiosissime sint exposita satis in hūane alijs auferri videt̃ egenis/ƣc quid a vobis violētia vel igenio extorquet̃. Nec qr dn̄s manuū vr̃aꝝ opibus bñdicēs viaticū pegrinatōis vestre q̄to magl illud fraterna caritate in vsus paupeꝝ distribuitis/tāto magis illud celesti alluuiōe multiplicat /estis deterioris ꝯditiōis habēdi/ s̄ poti⁹ melioris/ cū nō nisi vasis para-

tis celestis gratie oleũ infundat/qđ paupis mulieris deficiẽti
bus vasis stetit. Licet igit largiẽte dño monasteria vr̃a plus
solito tpaliũ floreãt vbertate/qr tñ exinde paupib⁹ vberi⁹ sub
uenit/nos volẽtes eo vos de spãli gratia fauorabilius ꝯfouere/
quo exinde illi ꝓpẽsius cõplacere nos credim⁹/ qui qđ vni ex
minimis suis fit/sibi reputat esse factũ/ deuotiõis vr̃e pcibus
iclinati auctoritate vobis pñtiũ indulgem⁹/ ne aplice sedis le
gati ꝓcuratiões pecuniarias a monasterijs exigere/vel extor-
quere p̃sumãt/ß cũ ad domos vestras accesserint/ sine carniũ
esu cibis regularib⁹ sint ꝯtẽti. Nulli ẽ oino hoim liceat hãc pa
ginã nr̃e ꝯcessionis infringere/vel ei ausu temerario ꝯire. Si
quis autẽ hoc attemptare p̃sumpserit indignationẽ oipoten-
tis dei ꝛ beatorũ Petri ꝛ Pauli aplorum ei⁹ se nouerit incur-
surum. Datum Viterbij.iiij. Noñ decembris. Pontificatus
nostri anno quarto.

Similis in forma ab eodẽ pontifice datur Lateraũ.v. Id⁹
Junij. Pontificatus sui anno.v.

Eiusdẽ. Ne sedis aplice legati in nos ex- cõicatiõis/ vel suspeñ/ aut in monasteria nostra interdicti sentẽtias ꝓmulgent.



Honorius Epus seruus seruorũ
dei. Dilectis filijs ab-
bati cisterciẽ ꝛ vniuersis coabbatib⁹ eius
ꝛ fratribus sub eodẽ ordine deo seruiẽtib⁹.
Salutẽ ꝛ aplicã bñdictionẽ. Cũ ordinis ve
stri generosa plantatio multe religionis et
honestatis flores ꝛ fructus ꝓtulerit/effuso
longe lateqꝫ laudabilis cõuersatõis odore/
aplice sedis auctoritas/cõsiderãs ꝙ marthe sollicitudinẽ ꝓui-
dẽdũ eẽ Marie ꝗeti/vt orãtl Marie suffragijs satagẽtl Mar
the sollicitudo ministerij iuuaret/ne alicui⁹ temeritatis icurs⁹
scẽ ꝯtẽplatiõis ociũ ꝑturbaret/ordinẽ ipm ꝛ ꝓuilegijs ꝛ nõnull

indulgētijs spālis gratie prerogatiua muniuit. Nos aūt q̄ salutifera cōmoda vestra benigno fauore ꝓsequimur/trāquillitati vestre libēter ꝓut possumus ꝓuidem⁹/ auctoritate p̄sentiū inhibeñ ne legati sedis ap̄lice sine spāli mādato nostro/in vos excōis/vel suspensionis/ ⁊ in monasteria vestra interdicti sententias/cōtra ea q̄ vobis sunt ab ap̄lica sede ↄcessa ꝓmulgent. Nulli ḡ oīno hoīm liceat hanc paginā nostre inhibitōis īfringere/vel ei ausu temerario cōtraire. Si q̄s aūt hoc attēptare p̄sumpserit indignationē omnipotentis dei/⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli ap̄loꝝ eius se nouerit incursurū. Datum Viterbij. iiij. Noñ decembris. Pontificat⁹ nostri anno. iiij.

Eiusdē. Q̄ generale cap̄lm pōt dispēsare cū irregularib⁹ ordinis nostri.

HOnorius Ep̄us seruus seruoꝝ dei. Dilectis filijs abbatib⁹ in generali cap̄lo cistercieñ cōstitutis. Salutē ⁊ ap̄licā benedictionē. Volētes religioni vestre quātū cū deo possumus/ ap̄lici fauoris gratiā exhibere/quattuor p̄mis ordinis vestri abbatib⁹ dispēsandi cū irregularib⁹ ordinis vestri p̄tātē meminim⁹ cōcessisse. Quia vo magis expedire ꝓponit̄ vt p̄tās hmōi vr̄o gnāli cap̄lo ↄferat̄/nos cōcessionē sup̄ hoc factā p̄fatis abbatib⁹ reuocātes/ dispensandi cū irregularib⁹ ordinis vr̄i/ꝓut ꝯm deū ⁊ eccl̄iasticā honestatē videritis expedire vobis dūtaxat in ip̄o gnāli cap̄lo ↄgregatis auctoritate p̄n̄tiū liberā ↄcedimus facultatē/nisi forsan aliq̄ ex tali cā irregularitatis vitiū icurrissent/q̄d eoꝝ dispēsatio merito esset sedi ap̄lice reseruāda. Nulli ḡ oīno hoīm liceat hāc paginā nr̄e ↄcessiōis infringere/vel ei ausu temerario ↄ̄ire. Si q̄s aūt hoc attēptare p̄sumpserit indignationē omnipotētis dei ⁊ beatoꝝ Petri ⁊ Pauli ap̄loꝝ eius se nouerit incursurū. Datum Lateraū. Jdus Nouēbris. Pōtificat⁹ nr̄i anno. ij.

Eiusdē. Ne demus decimas de possessionibus habitis ante cōciliū/ nec de nouali bus siue ante siue post idē conciliū acquisitis/ que ꝓprijs manib⁹ aut sumptib⁹ excolimus/ nec de ortis/ virgultis/ ꝛ piscationibus nostris/ ac de nostrorū animalium nutrimentis.

Honorius Ep̄s seruus seruorum dei. Venerabilib⁹ fratribus archiep̄is ꝛ ep̄is/ ꝛ dilectis filijs Abbatib⁹/ priorib⁹/ decanis/ archidiaconis/ officialib⁹/ ꝛ alijs ecclesiarū p̄latis ad quos litere iste ꝑuenerint. Salutē ꝛ ap̄licā benedictionē. Cū abbates cistercieñ ordinis tēpore concilij generalis ad cōmonitionē felicis memorie Innocētij pape p̄decessoris nostri statuerint/ vt de cetero fratres ipsi⁹ ordinis ne occasione ꝑuilegiorū suorū ecclesie vlteri⁹ grauarenꝫ/ de alienis terris et ab eo tēpore acquirendis/ si eas ꝓprijs manib⁹ aut sumptib⁹ colerēt/ decimas ꝑsoluerēt ecclesijs/ quib⁹ ratione p̄dioꝝ antea soluebanꝫ/ nisi cū eisdē ecclesijs aliter ducerent cōponendū. Idē p̄decessor noster/ qꝛ sperabat vt ecclesiarū p̄lati ꝓniores ꝛ efficaciores existerent ad exhibendū eis de suis malefactorib⁹ iusticie cōplementū/ ꝛ eoꝝ priuilegia diligēti⁹ ꝛ ꝑfectius obseruarēt/ statutū huiusmodi ratū habēs/ ꝛ gratū hoc ip̄m ad alios regulares qui gaudent similib⁹ ꝑuilegijs extendi voluit ꝛ mādauit. Sꝫ qḋ dolentes referim⁹ incōtrariū res est versa/ qꝛ sicut ex inculcata querela abbatū ipsi⁹ ordinis frequēter audiuim⁹ nōnulli ecclesiarū p̄lati ꝛ alij clerici eorū priuilegia temere cōtemnētes ꝛ cōtendētes maliciose ipsoꝝ ꝑuertere intellectū/ eos multipliciter inquietant. Nā cū sit ipsis indultū vt de noualib⁹ que ꝓprijs manib⁹ aut sumptib⁹ excolūt/ siue de ortis virgultis/ et

1s

piscationib⁹ suis/vel de suoꝝ aialiũ nutrimẽtis/nullus ab eis decimas exigere vel extorquere p̄sumat/quidã puerso intellectu cõficto/dicẽtes ꝙ nõ possunt nec debẽt intelligi/nisi de his que sunt ante dictũ cõciliũ acquisita/ipsos sup his multiplici exactione fatigant. Nos igit eoꝝ quieti paterna sollicitudine ꝓuidere volẽtes vniuersitati vr̃e p aplica scripta mandamus/quaten⁹ abbates ꝛ fratres eiusdẽ ordinis a p̄statione decimarũ/tã de possessionib⁹ habitis ante cõciliũ memoratũ/ꝛ de noualib⁹ siue ante siue post idẽ cõciliũ acquisitis/q̃ ꝓprijs manibus ac sumptib⁹ excolũt/ꝙ̄ de ortis/virgultis/piscationib⁹ suis/ac de suoꝝ aialiũ nutrimẽtis singuli vr̃m oino seruetis imunes. Datũ Lateran̄. v. Id⁹ Nouẽbris. Põtificat⁹ nr̄i anno. ix

Priuilegiũ dñi Gregorij pape. ix. Ne pn̄cipes aut nobiles/seu ecclesiaꝝ p̄lati occasione iurispatronat⁹ aduocatie seu custodie/quã in monasterijs vel domib⁹ nr̄is habere ꝓponũt/bladũ/vinũ/euectiones/aialia/aut res alias/ꝓ edificatiõe seu munitiõe castroꝝ ꝛ villarũ/seu ꝓ tyrocinijs/torneamẽtis/aut alijs vsib⁹ suis a nobis exigant/seu nos tallijs vel exactiõib⁹ grauent/seu carnes in monasterijs comedãt/ꝛ ne mulieres in domos nostras intrẽt.

GRegorius Eps̄ seruus seruoꝝ dei. Dilectis filijs abbati cistercij ꝛ vniuersis coabbatib⁹ eius cisterciens̄ ordinis. Salutẽ ꝛ aplicã benedictionem. Quia refrigescente caritate multoꝝ adeo iniquitas abũdauit/ vt quoꝝdã suc-

censa velut ignis impietas cõtra ecclesias ⁊ ꝑsonas ecclesiasticas tanto validius inflammet̃/quãto rariores qui eas tueant̃ cõtra prauorũ incursus inuenit obiectores/nos quibꝰ ipsarũ cura ⁊ sollicitudo incumbit/ibi fortius insurgere cogimur/ vbi ꝑsecutorum imanitas periculosius exardescit. Sicut em̃ nobis ex parte vestra grauis est oblata querela/ nõnulli principes ac nobiles occasione iurispatronatꝰ aduocatie/ seu custodie/ quã in monasterijs /grangijs/cellarijs/ vel domibus vestris se habere ꝓponũt/ac interdũ etiã ꝓ sue libito volũtatis ⁊ quidã ecclesiarũ p̃lati/a quibus deberetis nõ grauamen sed solamẽ potius expectare/bladũ/vinũ/euectiones/animalia/⁊ res alias ꝓ edificatione ac munitione castroꝝ ⁊ villarũ/ necnõ ꝓ tyrocinijs/torneamẽtis/expeditionibꝰ/⁊ alijs vsibꝰ eorũdẽ a vobis exigunt ⁊ extorquẽt/al's vos tallijs ⁊ exactõibꝰ indebitis multipliciter aggrauãdo. Preterea quidã ex ipsis ⁊ alij carnes comedere in vestris domibus/ac mulieres etiã easdem domos ingredi cõtra instituta vestri ordinis nõ verent̃/ ꝓpter quod ⁊ quies monastici ordinis ꝑturbat̃/⁊ graue cõmissis vobis monasterijs iminet detrimentũ. Quare nobis humiliter supplicastis/vt sup̱ his paterna ꝓuidere sollicitudine dignaremur. Nos igit̃ ⁊ vestre ꝓuidere quieti/⁊ molestantiũ malicijs obuiare volentes/auctoritate p̃sentiũ districtiꝰ inhibemus/ne quis a vobis p̃missa exigere vel extorquere/aut in vestris domibus vti carnibus/seu mulier aliqua eas intrare p̃sumat cõtra ordinis instituta. Nulli ergo oĩno hominũ liceat hanc paginam nostre inhibitionis infringere/vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attẽptare p̃sumpserit indignationem omnipotẽtis dei/⁊ beatorũ Petri ⁊ Pauli apostolorũ eius se nouerit incursurũ. Datum Laterañ. x. kl'. Februarij. Pontificatus nostri Anno septimo.

Ad idem in forma Innocẽtius papa quartus.

Eiusdē. Q̄ nullus ep̄s vel alia ꝑsona ele-
ctiones abbatū ordinis impediat/aut de
remouēdo seu deponēdo aliquo eorū se
intromittat. Q̄ sicut licet abbatib⁹ recipe
re munus bn̄dictiōis ab alio ep̄o ꝙ̄ ab or
dinario si cū hūilitate requisitus id impē-
dere renuerit Ita nulli eoꝝ licet de modo
electionis inquirere/aut ꝑsonas electas
de vita/de litteratura/aut morib⁹ exami-
nare/seu electiones cōfirmare. Q̄ caplis
ep̄oꝝ electos nostros sibi p̄sentari requi
rere/aut aliquo modo eos approbare nō
licet. Q̄ archidiaconi auctoritatē installā
di dictos electos sibi vendicare non pos-
sunt. Et ꝙ p̄textu benedictiōis huiusmo-
di nihil penitus exigatur.

GRegorius Ep̄s seruus seruoꝝ dei. Dilecti filijs ab
bati cistercij/ꝛ vniuersis coabbatib⁹ eius ci
stercieñ ordinis. Salutē ꝛ aplicā benedictio
nē. Ex parte vestra nobis est oblata quere-
la ꝙ cū auctoritate aplica sit inhibitū/ne vl
lus ep̄s/vel quelibet alia ꝑsona regularē ele
ctionē abbatis ordinis vestri impediat/aut de instituēdo vel
remouēdo eo qui ꝓ tēpore fuerit/cōtra instituta cistercieñ or-
dinis se aliquaten⁹ intromittat/ac vobis a sede aplica sit idul
tū vt si archiepi vel ep̄i in quorū diocesib⁹ domus vestre fun-

ritate p̄dicta/firmiter p̱hibemus q̄ deinceps in nullo ipsius or
dinis monasterio fiant hmōi portiones. Sed ministrent̃ vni-
cuiq̧ p̱ut cōitas eiusdē ordinis obseruauit hactenus atq̧ ser-
uat. Adijcientes ⁊ p̱hibentes etiā q̄ nulli monacho certi reddi
tus aut p̱uentus/seu pars reddituū vel p̱uentuū aut aliqua
pensio pro victu vel vestitu seu ex quacūq̧ alia causa de cetero
cōcedant̃/vel alicui assignētur/aut alicui vel aliquibus mona-
chis ab extraneis cōcessi vel donati p̱mittant̃ eisdē. Sȝ in vti-
litatē monasterioꝝ ipsoꝝ p̱ abbates p̱prios cōuertant̃. Nec q̧
inter abbates ⁊ ꝯuentus/aut officiales alicui⁹ monasterij dicti
ordinis nequaq̄ fiat sectio bonorū/ fructuū/reddituū/vel p̱-
uentuū eorū. Sed cōmunibus ipsorū vsibus deputent̃. Nos
eñ concessiones vel assignatiōes eisdem monachis de dictis
redditib⁹ vel p̱uentibus/seu eorū parte aut pensione aliqua/
vt premissum est factas/ac sectiones bonorum seu discretiōes
fructuū/reddituū/vel p̱uentuū huiusmodi si que facte sunt to
taliter reuocamus. Abbates vero qui deinceps portiōes p̄di-
ctas aut sectiones seu diuisiones hmōi bonoꝝ ⁊ alioꝝ p̄fatoꝝ
monasterioꝝ suoꝝ fecerint vel fieri cōcesserint/aut hacten⁹ fac
tas seruari p̱miserint deponant̃. Monachi aūt qui p̄dictis re-
stiterint vel impedimētū p̱ se vel aliū p̄stiterint seu p̄stari p̱cura
rint/tāto tēpore carceri mancipent̃/quāto abbati seu alij p̱nci-
pali p̄lato eoꝝ visū fuerit expedire/ac si etiā abbati vel ipi p̱n-
cipali p̄lato in hoc ꝯtradixerint p̱petuo carceri mācipent̃. 25
Abbatib⁹ vero bñ meritis q̄ volūtarie cesserūt vel cedēt impo

ſterũ/ſufficiẽs ⁊ ꝯgrua ꝓuiſio ꝓut patri abbati ⁊ abbati ſucceſ-
ſori cedẽtis abbatis/de ꝯſilio ſeniorũ/de cõuẽtu illiꝰ monaſte-
rij cuiꝰ regimini ceſſit vel cedet viſũ fuerit aſſigneẗ/⁊ etiã ꝑbca
tur. 26 Et vt oīs euagatiõis ac inutiliũ expenſarũ occaſio
ſubtrahaẗ auc̃te inhibemꝰ eadẽ/ne quiſꝗ monachꝰ vel cõuer-
ſus dicti ordinis cuiuſcũꝗ ſtatꝰ vel ꝯditionis exiſtat eq̃taturã
tenere ꝑſumat/cellararijs/ꝓcuratoribꝰ/⁊ grangiarũ guberna-
toribꝰ dũtaxat exceptis/quibꝰ abbas poſſit hoc de vna tñ cõ-
cedere ſi viderit expedire. Cellararijs tñ ciſtercieñ ⁊ aliorũ q̃ttu
or monaſteriorũ totidẽ ꝑncipaliũ filiarũ ꝑdictarũ due poſſint
equitature cõcedi ſi eoꝝ abbatibꝰ videaẗ. 27 Quis autẽ
cõtra monachos ꝓprietarios/exceptis adminiſtratoribus/ ſit
plene ꝓuiſũ ꝑ canonicas ſanctiões/cũ abdicatio ꝓprietatis ſit
annexa regule monachali/nos tñ ſpẽlius ꝓuidere volentes ꝯ
illos monachos ⁊ cõuerſos dicti ordinis/qui ſue ſalutis obliti
ꝯtra regularẽ inſtitutionẽ/pecunia ꝯgregata/iura/poſſeſſiões/
redditꝰ/penſiões/aĩalia/⁊ alia bona emerũt/⁊ emũt/ſeu emi fe
cerũt/⁊ faciũt aliq̃ñ ꝓprio ⁊ ſepe nomĩe alieno/multis ſuꝑ his
figmẽtis adhibitis/alijſꝗ ipſa tradunt aĩalia nutriẽda/⁊ cum
augmento vel lucro ſibi vel alteri reddenda eoꝝ nomine/ ſeu
ꝓ ipſis/⁊ alios multos cõtractus tanꝗ negociatores exercẽt.
Nec nõ appetẽtes lucra turpia/⁊ ſectãtes peculiũ occultãt/ ⁊ il-
licite detinẽt in ſuarũ ꝑiculũ aĩarũ/auc̃te ꝑfata decernimꝰ om-
nia ꝑmiſſa/q̃ tñ alias reſtitutiõi nõ ſubiaceãt alioꝝ/fore ꝑ ab-
bates ꝓprios monaſterijs ꝓprijs applicãda/⁊ in vtilitatẽ ipſoꝝ
monaſterioꝝ totaliẗ ꝯuertẽda. Nõꝗ ipi abbates alicui mona
cho vel ꝯuerſo talia faciẽdi licẽtiã neq̃ant iꝑtiri. Et ꝙ dicti mo
nachi ⁊ ꝯuerſi ꝑdicta cõmittẽtes vel hmõi applicatõi ſeu ꝯuerſi
oni aliqualiter reſiſtẽtes/vel ipedimẽtũ publice vel occulte ꝑ-
ſtantes/ſeu ꝑſtari ꝓcurantes/⁊ peculiũ ꝑdictũ nõ reuelantes/
⁊ reddẽtes abbatibꝰ ꝑlibatis/ſint eoipſo inhabiles ad q̃õcũꝗ
officiũ/adminiſtrationẽ/regimẽ/⁊ gubernationẽ quamlibet in
eodẽ ordine obtinẽda. Permittimꝰ tñ ꝙ cũ ipſis monachis et
cõuerſis poſſit abbas eorũ ſuꝑ penis hmõi diſpẽſare/ dũ ꝑdi-
cta reuelauerint/ ⁊ plene reſtituerint qñ eis videbiẗ expedire.

Monachis aut̄ ꝛ cōuersis etiā administrationes habentibus pecunias vel alia bona q̄buscūq; mutuātib⁹/vel debita fingētibus que nō debēt/talis pena ꝑ abbates ꝓprios imponatur que sit illis ad salutaris correctiōis ꝓfectū/ ꝛ ceteris attēptare silr̄a volentibus in exemplū. 28 Et quia ꝑ ministros ꝓuidos administratiōes bonoꝝ cōsueuerūt fructuose ac laudabiliter exerceri/volum⁹ vt abbates monasterioꝝ eiusdē ordinis sic bona monasterioꝝ suoꝝ dispēsare/ac ꝓuidere talia teneātur/q̄ monachis ꝛ cōuersis tā sanis q̄ȝ infirmis sufficiēter ꝓuideat in victu ac vestitu scd̄m cuiusq; monasterij facultates/ et qualitates cuiuslibet regiōis. Ne q; in monasterijs p̄dictis/ nō plures monachi vel cōuersi ponant q̄ȝ ex facultatib⁹ dictorum monasterioꝝ possit cōgrue ꝓuideri. 29 Prebere q̄ppe materiā intēdentes q̄ in eodē ordine ꝑ sacre theologie studiū ꝓfessores ipsi⁹ erudiant ꝛ illustrent in illa/ vt in eccl'ia dei sibi ipsis ꝛ alijs fruct⁹ salutis/fauoris/honoris/ꝛ honestatis/celesti agri cola irrigante ac multiplicāte ꝓducant/matura deliberatione p̄habita subscripta de p̄fato ꝛ alias litterali studio scholaribus ꝓuectis ac doctorib⁹/ꝛ alia que circa ea rationabilia ꝛ oportuna fore ꝓspeximus/auctoritate sepedicta statuim⁹/ ordinam⁹/ ꝛ disponimus/ ꝓ moderno ꝛ postero tēpore valitura ꝑpetuo ꝛ inuiolabiliter obseruāda/videlicet q̄ generalia studia dicti ordinis in sacra pagina parisi⁹/Exonie/Tholose/ꝛ apud montē Pessulanū Magalonen̄ dioc̄/deinceps existant. Studiū aūt q̄ Stelle Pāpilonen̄ dioc̄ fore cōsueuit in salamanticā trāsferimus ꝓpter ꝓpinquitatē studij Tholosan̄. Ordinātes q̄ Bononie fiat studiū q̄n cōmode fieri poterit domus ꝓ studentib⁹ vel emat. Fiatq; Salamātice illud idem. Metis quoq; sic particulare studiū in scientijs p̄mitiuis/vbi etiā domus ꝓ alamanis ꝑ generationē supradicti monasterij Morimundi ematur quātū generatio ipa in alamāniā se extendit. Quoq; domibus eoꝝ qui studebūt Bononie ac Salamātice illi abbates seu rectores eoꝝ p̄sint/de quibus ordinabit ꝑ ipsi⁹ ordinis capitulū generale. De his nāq; ꝓuincijs sc; de Viennen̄/ Tarentasien̄/Ebredunen̄/ Arelaten̄/ Aquen̄/ Narbon̄/ Bituricen̄/ Auxi

fo. 57

tanen/Terraconen/Cesaraugusten/Burdegalen/ꝛ Tholosan
ad pfata Tholosan ꝛ Mōtispessulani studia transmittantur.
Qui vero ad stellā mitti cōsueuerūt Salamanticā destinent/
exceptis illis de regno Naruarre qui mittant ad ipm studium
Tholosan. Sed alamāni dirigant ad studiū Meten p dictis
scientijs pmitiuis. Ad qd quidē Meten studium nullus de ge
neratione Clarauallis mittatur inuit⁹/Bononiā aūt italici/ et
Exoniā anglici/Scoti vallenses ꝛ hybernici destinentur. 30
Sed ad studiū Parisien qd est ceteris pcipuū ꝛ fons oim studi
orū indistincte mittant ex omniū natione vel generatione fm
modū inferi⁹ annotatū/ videlicet ꝙ abbates monachos illos
quos habebūt ad dicta studia mittere/ad ea de cōsilio patris-
abbatis vel visitatoris ꝛ ꝯuent⁹ pprij aut sanioris partis eius
dem cōuentus trāsmittere teneant. Sic tn̄ ꝙ mittantur magis
dociles ꝛ idonei/necnō ad pficiendū dispositi/ ꝛ ꝙ tali tēpore
transmittant ꝙ prima die mensis octobris/ vel circa in studio
Parisien existant/In alijs vero studijs in beati Luce vel oim
sanctoꝝ festis infallibiliter sint psentes. 31 Numer⁹ autē
mittendorū videt sufficere put sequit cōsideratis oneribꝰ iam
dicti ordinis ꝛ tēporū qualitate scꝫ de quolibet monasterio cu
iusqꝫ puincie seu generatōis in q̄ sunt vel erūt aut esse poterūt
quadraginta monachi vel supra Parisi⁹ debeāt mitti duo/de
quolibet vero monasterio in quo sūt vel esse poterūt triginta
monachi ꝛ supra vsqꝫ ad quadragita monachos exclusiue/ ad
idē studiū Parisien debeat mitti vnus. Et de quolibet mona-
sterio in quo erūt vel esse poterūt decē ꝛ octo monachi ꝛ supra
vsqꝫ ad triginta monachos exclusiue/ad alia generalia studia
vel Parisi⁹/si mittētes maluerint debeat siliter vn⁹ monachus
destinari. Ad Meten aūt studiū cum fuerit institutū de q̄libet
monasterio gnātionis dicti monasterij Morimūdi quātū ipa
gnātio se in alamāniā ꝛ vltra Renū extēdit in quo erūt vel esse
poterūt a decē ꝛ octo monachi inclusiue vsqꝫ ad triginta mona
chos exclusiue vn⁹ mittat ad min⁹ p sciētijs pmitiuis. Pro q̄-
bus dūmō ipsi mittētes ad illud mittāt destinare ad alia non
cogant. 32 Prouisionē equidē studētiū taliter limitam⁹/

59

⁊ sufficientē esse conspicimꝰ/ videlilicet ꝙ magister regēs Pari
sius de cōi cōtributione dicti ordinis vel de redditibꝰ cōibus
octuaginta libras turoneñ paruoꝝ/ ⁊ a monasterio proprio vi
gintiquinq̃ libras eiusdē monete ꝓ bursa/ ⁊ alijs necessitatibꝰ
suis. Baccalarius vero regens Parisiꝰ de dicta cōmuni vigin
tiquinq̃/ ⁊ a ꝓprio monasterio alias vigintiquinq̃ ꝓ bursa/ et
alijs necessitatibꝰ eius. Ac lector biblie in eodē studio de pre-
fato cōmuni decē/ ⁊ a ꝓprio monasterio viginti libras ipsiꝰ mo
nete ꝑcipiant annuatim. Quilibet vero scholariū studens in
ipso studio viginti libras dicte monete a ꝓprio monasterio ꝓ
bursa ⁊ alijs necessitatibꝰ suis ꝑcipiat similiter ānuatim. Sed
in alijs studijs patresabbates ipsoꝝ studioꝝ rectores/ magr̃o
in theologica facultate in illis regenti/ de quadraginta libris
p̄dicte monete ꝓ bursa ⁊ alijs necessitatibꝰ suis ꝓuidere annis
singulis teneant̃. Q̄ñ autē baccalariꝰ in eisdem studijs reget/
vbi cōmode nō reperiret̃ magister/ teneant̃ dicti patresabba-
tes dicto baccalario de triginta libris p̄dicte monete ꝓ bursa
⁊ omnibꝰ necessitatibꝰ suis annis singulis ꝓuidere. Ordina-
mus quoq̃ vt in quolibet generali p̄dictorū studiorū/ vnus q̄
bibliā biblice seu textualiter cōtinuo legat existat/ cui vltra q̄n
decim libras iam dicte monete/ quas ꝑcipiat a ꝓprio monaste
rio ꝓ bursa centū solidi eiusdē monete ꝓ omnibꝰ alijs necessi-
tatibus suis annuatim a cellarario de bursis scholariū tribuā-
tur. Quilibet aūt scholaris in dictis alijs studijs gn̄alibꝰ p̄ter
studiū Parisieñ/ ac in dicto studio Meteñ q̄ndecim libras p̄di
cte monete a ꝓprio monasterio ꝓ bursa ⁊ oībus alijs necessita
tibꝰ suis ꝑcipiat ānuatim. Siq̄dē oēs ꝓuisiōes hm̄ōi tā abba-
tes dictoꝝ studioꝝ rectores q̄ȝ abbes ꝓprij/ ꝓut quēlibet eoꝝ
cōtinget seu tāgere poterit mittē teneant̃ ad dicta studia/ eoꝝ
sūptibꝰ/ ⁊ illas ibidē soluē termis supiꝰ designatis/ q̄bꝰ ipsi mit
tēdi esse debēt i studijs memoratis. 33 Cellararij v̄o ⁊ alij
expensas dictoꝝ studiorū faciētes teneant̃ iuramētū p̄stare/ ꝙ
omnia que recipiēt de ꝓuisionibꝰ ipsorū studiorū ⁊ studentiū/
fideliter dispensabūt/ ⁊ tenebunt̃ etiam reddere rationē de re-
ceptis ⁊ expensis in fine cuiuslibet mensis/ p̄sentibꝰ magistro

seu lectore dictorū studiorū baccalario ꝛ ꝓuisore/ac septē alijs discretiorib⁹ scholaribus quos dicti ꝓuisor magister ꝛ baccalarius ad id deliberauerint aduocādos. Et vt ipi abbates qui ad mittendū ꝛ ꝓuidendū astringunt̃/ꝓut superius est expressum diligentiā adhibeant/ꝛ abijciāt desidiā in premissis. Volumus ꝛ ordinam⁹ ꝙ abbas qui dictis terminis monachos seu monachū queadmodū pretactū existit nō miserit cum ꝓuisionibus supradictis/teneat̃ elapso mense duplū ꝓuisionū huiusmodi suis expensis mittere ad studiū antedictū. Cuius quidē dupli medietas studenti ꝑ quo mitti debebant ꝑ libris applicetur emendis/ꝛ alia in vsus cōmunes aliorū studentiū ꝑ cellariū cōuertatur. Et si dictus abbas duplū prefatū/vt p̄fertur infra sex menses dictos terminos imediate sequētes nō miserit/ei sit eoipso elapsis ipsis sex mēsib⁹ ingressus eccl'ie interdictus/dictas penas incurrant patresabbates eorundē studiorū rectores/qui dictis terminis nō miserint ꝛ non soluerint ꝓuisiones prefatas/ꝓut superius est descriptum. Qꝫ si predicti penas huiusmodi ꝑ tres menses dictos sex immediate sequētes/ pertinaciter tolerarint/eoipso a diuinis officijs sint suspensi.

34 Et vt eisdē studentib⁹ animarū cura nō desit /volumus ꝛ ordinamus/ꝙ in eisdē studijs generalib⁹ patresabbates iporum studiorū rectores/deputent idoneos ꝓuisores/qui curam habeāt animarū studentiū in eisdē/quiqꝫ illos corrigant ꝛ ab/ soluant sicut ꝓprij abbates subditos ꝓprios corrigere ꝛ absoluere possunt in monasterijs eorundē/ꝓpter hoc tamē dicti studentes a potestate ꝓprij abbatis exempti aliquaten⁹ non existant/vbi autē erit aliquis de ordine ipso in Parisieñ studio assignat⁹/qui sit vite laudabilis aliasqꝫ idone⁹ ꝛ discret⁹ ꝛ ad baccalariatū vel magisteriū theologie disposit⁹ ꝛ ꝓpitius/abbas cistercieñ qui est pro tempore cū cōsilio magistroꝝ baccalarioꝝ ꝛ ꝓuisoris dom⁹ studētiū Parif mādet abbati ꝓprio ꝙ tale nō reuocet. Sꝫ eū ꝑmittat in hmōi sciētia ꝑfici/ꝛ ad statū baccalariat⁹/ac honorē magisterij ꝓuehi/lecturāqꝫ ꝯtinuare/ ꝓut ipsi⁹ ordinis generale capl'm ordinabit/ possit tñ ipm gnāle capl'm deficiētib⁹ magistris seu baccalarijs in theologia talē etiā aū

baccalariatũ vel magisteriũ in quolibet p̄dictoꝝ generaliũ stu
dioꝝ/p̄ncipalẽ deputare lectorẽ/si eidẽ gnãli caplo visũ fuerit
expedire. 35 In fauorẽ vtiq3 studij eiusdẽ theologie vt ab
alũnis eiusdẽ ordinis studentibꝰ illi feruẽtius intendat. Sta-
tuimꝰ ordinamꝰ ⁊ ꝓhibemus expresse q̄ in nullo dictoꝝ studi-
orũ legant vel audiãtur iura canonica/nec etiã extra illa p ali-
quẽ studentiũ eorundẽ/q̄ si quis cõtrariũ attemptare p̄sump-
serit sit eoipso ad claustrũ suũ ab hmõi studio reuocatus. Nec
cellarariꝰ dictoꝝ studiorũ extunc in aliquo illi ꝓuideat. Sed in
cõtinenti ad ꝓpriũ monasteriũ remittat/ de transgressione ac
inobediẽtia hmõi fm arbitriũ abbatis ꝓprij puniẽdus. 36
Et vt in dictis studijs ꝓ studentibꝰ in eis necessaria nõ desint
obsequia. Volumus ⁊ ordinamꝰ vt p̄fati abbates ipsoꝝ studi
orũ rectores in eis ꝓuideant de cellararijs ⁊ alijs officialibus
idoneis/ꝓut necessitas vel vtilitas cuiuslibet studioꝝ requi-
ret ipsoꝝ. Q̄dq3 ipsi cellararij ⁊ officiales iuramentũ p̄stabũt
de fideliter dispẽsando/ac de receptis ⁊ expensis rationẽ red-
dendo/quẽadmodũ supius est exp̄ssum. Et q2 decet ac expe-
dit vt inter studia cetera studiũ Parisieñ refloreat/ ⁊ iuge sine
intermissionis dispendio habeat. Statuimus ⁊ ordinamus q̄
in eodẽ studio Parisieñ deputent magistri/baccalarij/ ⁊ lecto-
res biblie/ac ꝓuisores/cellararij/⁊ alij officiales p dicti ordinis
caplm generale. Q̄ si ipsi vel aliquis eoꝝ deficiant seu ex ali-
qua causa magistri/baccalarij/⁊ lectores lecturã assumere vel
cõtinuare/aut cellararij ⁊ officiales p̄fati sua officia exercere ne
quirent/surrogent alij loco eorũ p visitatorẽ illius anni/ vsq3
ad sequens dũtaxat capitulũ generale/in alijs etiã studijs ge-
neralibꝰ magistri seu lectores principales p dictũ generale ca-
pitulũ deputẽtur. Alij vero minores lectores ⁊ officiales p ab-
bates eorundẽ studiorũ rectores debeãt deputari. 37 In
ampliorẽ nãq3 fauorẽ ⁊ cõtinuationẽ durabilẽ studij hmõi the
ologie iam dicte/statuimꝰ ⁊ ordinamus q̄ q̄diu ꝓ dictis stu-
dijs generalibꝰ/p̄ter Bononieñ/Salamãtiñ/⁊ Meteñ studia/
magistri in theologia idonei de p̄fato ordine i eodẽ studio Pa
risieñ/vel si nõ ibi alibi poterũt reperiri/teneat idem capitulũ

generale magistꝝ in theologia principalē deputare lectorem.
Alioquin magis idoneū baccalariū quē ad hoc poterunt Pa-
risius vel si nō ibi alibi reperiri/ quos dictū capitulū generale
ad suscipiendū ꝛ cōtinuandū lecturā hmōi/si necesse fuerit/per
censurā ecclesiasticā ꝛ alia oportuna remedia sublato appellati
onis obice/etiā auctoritate aplica coartandi/dicto capitulo ac
diffinitorib⁹ ipius/necnō abbatib⁹ dictorū studiorū rectorib⁹
cōiter vel diuisim plenā atq₃ liberā tenore p̄sentiū concedimus
potestatē. Prefato insup caplo generali similē ptātem cōcedi-
mus cōpellendi/appellatione remota/p censurā ꝛ remedia hu-
iusmodi abbates ipoꝝ studiorū rectores/ad recipiendū magi-
stros in theologia ꝛ baccalarios ad p̄dictū lecturā/ ꝛ ad ꝓuidē
dum eisdē de cōmuni cōtributione ipsius ordinis/ꝛ ꝑ bursa et
alijs necessitatib⁹ eorū/annis singulis ꝓut de ꝓuisionib⁹ hu-
iusmodi est superi⁹ limitatū. Ipsi vero magistri non pompose
manere/seu laute viuere p̄sumant in studijs antedictis/sed hu
militer ꝛ deuote legant/cibis cōpetentib⁹ vescant/ ꝛ vno solo
seruitore clerico sint cōtenti. In studio autē Meten̄ ꝓuideat
de lectorib⁹ ꝛ alijs officialib⁹ domus studentiū/abbas supra-
dicti monasterij Morimūdi qui est/ꝛ qui ꝓ tēpore fuerit de cō
silio sui cōuentus vel maioris ꝛ sanioris partis eiusdē ꝓut sibi
videbitur expedire. 38 Et cum sit dedecens ꝛ deforme vt
quis/p̄sertim religiosus/cū vanitate ꝛ imperitia cathedrā ascē
dat p̄minentie magistralis. Statuim⁹ ꝛ ordinamus ꝙ de cete-
ro nullus de ordine p̄dicto assumatur ad recipiendū magiste-
rij seu doctoratus honorē/nisi prius p eum p̄stito iuramēto in
p̄sentia ꝓuisoris ꝛ studentiū ipsi⁹ ordinis tunc p̄sentiū in stu-
dio in quo hmōi honorē recipere voluerit/ seu maioris partis
numero eorundē/ꝙ in assumptione ipsi⁹ honoris vel ante seu
post occasione illi⁹/circa cibos/vestes/ vel alia nō expendat p
se vel p aliū vndecūq₃ habuerit/vel fuerit sibi datū/nec quātū
in eo fuerit vltra valorē mille turonen̄ argenti expendi ꝑmit-
tat ab alijs eius cōsanguineis vel amicis. Baccalarij etiam iu
ramentū similiter teneantur in p̄sentia predictorū ꝙ occasione
baccalariatus sui vel ante seu post nullum festū seu cōuiuium

faciant ꝑ se vel aliũ/seu fieri permittant/quantũ in eis fuerit a
quibuscunqꝫ aliis eorũ consanguineis vel amicis. 39 Ad
hec deniqꝫ statuimus ⁊ ordinam⁹ ꝙ quicũqꝫ dicti ordinis/ qui
tamẽ in eodẽ studio Parisieñ vel in aliquo alio predictorũ ge-
neraliũ ipsius ordinis studiorũ/ꝑ sex annos in theologia stu-
duerint/⁊ ad hoc idonei extiterint in dicto studio Parisieñ pos
sint cursus biblie facere. Et qui per octo annos studuerint vt
prefertur sentẽtias legere in Parisieñ studio memorato. Non
obstantib⁹ quibuscũqꝫ statutis ⁊ cõsuetudinib⁹ ac obseruãtiis
ordinis/monasteriorũ/locorũ cõuentualiũ/⁊ studiorũ sepedic-
ctorũ contrariis iuramẽtis/cõfirmationibus aplicis/ aut qui-
busuis firmitatib⁹ aliis roboratis ⁊ illo presertim statuto quo
in eodem studio Parisieñ caueri dicitur/ꝙ nullus possit legere
cursum biblie/nisi ibidem studuerit septẽ annis. Quodqꝫ nõ
ꝑmittatur sententias legere/nisi etiã inibi studuerit decem an-
nis ꝓut sic vel aliter in statutis ipsi⁹ studii Parisieñ dicitur cõ-
tineri. Necnon quibuslibet priuilegiis/indulgentiis/⁊ litteris
apostolicis/ordini monasteriis/locis cõuentualib⁹ ⁊ studiis ꝑ̃-
fatis/siue vniuersitatibus magistrorũ ⁊ scholariũ eorundẽ in
contrariũ concessis/per que ꝑ̃sentibus non expressa vel totali-
ter non inserta effectus huiusmodi statutoꝝ ⁊ ordinationũ no
strorum omniũqꝫ aliorũ ⁊ singulorum contentorũ in eisdem ꝑ̃-
sentibus valeat quomodolibet impediri. Et de quib⁹ quorũ-
cumqꝫ totis tenorib⁹ plenam ⁊ expressam oporteat in nostris
litteris fieri mentionẽ. 40 Ne autem suprascripta vel ali
qua seu aliquod eorundẽ in obliuiõis lubricũ deducantur/ seu
paruipendant̃ ab aliquo/ quinimo vt de ipsis nũc ⁊ perpetuis
futuris temporib⁹ noticia certior habeatur/eadem auctoritate
statuimus ordinam⁹ ⁊ districte iniungim⁹/ vt in primo gene-
rali capitulo dicti ordinis ⁊ deinceps singulis annis in eodem
capitulo generali/ac semel quolibet anno in quocũqꝫ monaste
riorũ ⁊ locorum cõuentualiũ predicti ordĩs omnib⁹ monachis
eorũ in capitulo ad hoc specialiter cõgregatis ꝑ̃missa omnia ⁊
singula de verbo ad verbũ legantur/⁊ etiã publicentur. Nulli
ergo omnino hominũ liceat hanc paginã nostrorũ voluntatũ

fo. 60.

constitutionũ/statutorum/ordinationũ/permissionũ/prouisionũ/inhibitionũ/reprobationum/detestationũ/abolitionum reuocationũ/dispositionũ/limitationũ/ꝛ mandatorum infringere/vel ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attemptare ꝑsumpserit/ indignationẽ omnipotentis dei/ ꝛ beatorũ Petri ꝛ Pauli apostolorum eius se nouerit incursuꝝ. Datum apud pontem sorgie Auinionenũ diocẽ. iiij. Idus Julij. Pontificatus nostri Anno primo.

4) Premissa bulla dñi Benedicti est in forma gratiosa. Sed est alia executorialis eiusdem sub cordula canapis in forma rigorosa/que sic incipit. Benedictus Episcopus seruus seruoꝝ dei. Dilecto filio Guillõ abbati monasterij cisterciẽñ Cabilonenũ diocesis. Salutẽ ꝛ apostolicã benedictionem. Ad statum sacri tui ordinis in ecclesia dei. ꝛc. Ubi ꝓsequitur omnia que in bulla ꝑcedenti habentur/ Deinde in fine habetur clausula sequens. Quia vero tanta est incentoris maligni versutia ꝛ malicia puigil atqꝫ solers/quod tam seruos dei ꝙ̃ etiam alios christiani nominis titulo insignitos suis temptaminibus nequissimis impellere satagit ꝛ prostare/ possitqꝫ proinde contingere quod ꝙ̃ plurimi abbates prelati ꝛ persone prefati ordinis erunt in plerisqꝫ statutorum ꝛ ordinationũ huiusmodi transgressores/sicqꝫ penas per illa inflictas incurrẽt ꝛ ecclesiastice in eis apposite censure laqueis inuoluẽtur. Nos ex officij nostri debito quo salutem cunctorũ appetimus/ꝛ quantũ possumus procuramus/ꝛ etiam ex paterne pietatis affectu animarũ periculis ocurrere cupientes. Tibi tuisqꝫ successoribus tui monasterij abbatibus/qui ꝓ tẽpore fuerint hm̃oi trãsgressores seu nõ seruãtes statuta ꝛ ordinatiões eadẽ/abbates videlicet ꝑfatos monachos ꝛ cõuersos ꝑdicti ordĩs qbuslibet excõicationũ ꝛ suspensionũ sentẽtijs hm̃oi auctoritate aplica/ quotiens ꝛ qñ expedierit iuxta formã ecclesie absoluendi/nec nõ interdicti sententiã quã illos ob transgressiones hm̃oi ꝯtigerit forte incurrere auctoritate ꝑdicta relaxandi ꝛ eadẽ etiam

62

auctoritate dispensandi cũ eis sup irregularitate si quã sic ligati forsan cõtraxerint diuina officia celebrando/ vel se illis immiscendo iniunctis cuiqꝫ ipsorũ ꝓ delicti qualitate penitentia salutari/ ꝛ aliis que de iure fuerint iniungenda plenã atqꝫ liberã cõcedimus tenore presentiũ potestatẽ. Datum apud pontem sorgie Auinionen̄ dioc. iij. Idus Julij. Pontificatus nostri Anno primo.

Et hanc rigorosam in forma dn̄s Pius pp. ij. cõfirmauit cũ additione clausule sequentis. Ceterũ qꝛ difficile foret preinsertas ꝛ p̄sentes litteras ad singula in quib⁹ de eis fides forsan fuerit/ loca deferre. Uolum⁹ ꝛ ap̄lica aucte sup̄dicta decernim⁹ ꝙ ipsarũ transsũpto alicui⁹ ep̄alis vel superioris ecclesiastice curie sigillo munito ac signo ꝛ subscriptione notarij publici legalisqꝫ signato/ in iudicio ꝛ extra tanqꝫ ipsis preinsertis et p̄sentibus litteris si exhiberentur plena fides adhibeat̄/ ꝛ pinde stetur ac si ipse preinserte ꝛ p̄sentes littere forẽt exhibite vel ostense. Nulli ergo oĩno hominũ liceat hanc paginã nostrorũ confirmationis/ cõmunitionis/ suppletionis/ cõstitutiõis/ voluntatis/ ꝛ decreti infringere/ vel ei ausu temerario cõtraire. Si qs autem hoc attemptare p̄sumpserit/ indignationẽ omnipotentis dei/ ꝛ beatorũ Petri ꝛ Pauli apostolorũ eius se nouerit incursurum. Datum Mantue. Anno incarnationis dominice Millesimo quadringẽtesimo quĩquagesimonono. vij. kl̄. Augusti. Pontificat⁹ nostri Anno primo.


Circa premissa Nota ꝙ summus iste pontifex/ qui vt ipsemet testatur/ a puero in ordine fuit nutritus/ p̄sente ꝛ requirẽte discreto abbate cistercij/ cum aliis principaliorib⁹ ordinis patrib⁹/ tam sollicite saluti animaꝝ omniũ abbatũ/ monachorũ ꝛ cõuersoꝝ ordinis ꝓuiderat/ vt quotiẽs sua transgredientur statuta ꝛ mandata/ aut ob nõ paritionẽ excõicatiõis sententiã seu irregularitatis penã incurrent/ p cistercij abbatẽ absolui valeant/ hic aũt nullã conferat potestatẽ ad absoluendũ

dictũ abbatẽ cistercij/ si in aliquo eorũ forsan transgrediatur/ necesse est dicere/ aut eundẽ cistercij abbatẽ omniũ aliorũ esse infelicissimũ vtpote ab oculatissimo pontifice/ seq3 ipso/ ⁊ a reliquis patrib⁹ ordinis in periculo sententiarũ neglectũ/ ⁊ eos omnes/ minus de ipso ⁊ ei⁹ cõsciẽtia/ q̃3 de alijs quibuslibet cogitasse/ aut summũ põtificẽ nõ voluisse dictũ abbatẽ cistercij ad hmõi instituta ⁊ pcepta sicut alios obligare/ saltem quo ad penas ⁊ cẽsuras. Primũ qui dicere voluerit/ videat si recte sapiat. Scdm ergo tenendũ videtur. Et si eñi ordinata in hac bulla quantũ ad ipm attinẽt vt alij obseruare teneatur/ Nihilomin⁹ si quãq3 vt homo transgrediatur/ penarũ ibidẽ expressarum culpam nõ incurrit/ sed p inobediẽtie culpa a simplici cõfessore sicut de alijs peccatis absolui posse videtur/ absq3 eo p absolutione ab huiusmodi censuris ⁊ penis in ista bulla taxatis ad aliquã superiorem auctoritatẽ eum recurrere oporteat/ queãdmodum alij de ordine suo p istã clausulã ad ipsum remittuntur/ quia ad eas papa ipm ligare vt videtur nõ intendit. Sicut de platis statuta sub penis cõdentibus doctores dicere solẽt. Et ex hoc religiosa ⁊ salutaris inoleuit cõsuetudo/ vt anno quolibet in fine capituli generalis/ abbates vniuersi ⁊ alij psentes de ordine ab ipso abbate cistercij munus benedictionis/ ⁊ absolutionis gratiã instanter requirãt/ petãtq3 etiã in foro cõsciẽtie ab illis absolui ⁊ suos absoluere posse/ sicut ⁊ alij oẽs de ordine deũ timentes/ ⁊ animarũ suarũ salutẽ optãtes ad quos diuertit hoc ipm requirere cõsueuerũt. Et hac ratione dudũ timorati abbates suas ⁊ suorũ amãtes consciẽtias capitulũ generale frequẽtabant/ vt saltẽ tante gratie p se ⁊ suis participes essent. Cũq3 potestas ista soli abbati cistercij a sũmo pontifice cõferatur/ videant omnes si eam generale capłm alicui cõmittere põt/ seu a capitulo aliquis in plenaria ordinis ptãte cõmissarius deputatus/ hac facultate vti possit vel debeat. Sec⁹ de censuris et penis p ordinẽ taxatis. Deniq3 p dñi Cle. pp. vj. cõcessionẽ ipse cistercieñ abbas põt dare quolibet anno omnib⁹ existentibus in capitulo generali/ penitentib⁹ ⁊ cõfessis duos annos/ ⁊ duas quadragenas de indulgentia/ vltra multas alias indul-

63

gentias quas dare pōt omnib⁹ p̄sentib⁹ quotiēs facit vel audit sermonē. Ceterū qꝛ postmodū inhibitio hic facta de nō legendis aut audiendis iurib⁹ patrib⁹ ordinis visa est minus ordini cōgruere. Idcirco per aliū sequentē summū pontificē abbati cistercij dispensandi cū. xxiiij. monachis sui ordinis vt iura canonica audire legere ac gradus ꝛ honores scholasticos recipere valeant/auctoritas fuit concessa.

Eiusdem. Ne mendicantes transeant ad ordinem nostrū/sine licentia domini pape mentionē expressam huius statuti facientes.



Enedictus Eps seruus seruorum dei. Ad perpetuā rei memoriā. Regularē vitam ꝓfessis sic expedit subtrahi omnē iquietudinis ꝛ turbationis materiā ꝙ in contēplationis suauitate quiescere valeant/ꝛ tranquillum dn̄o reddere famulatū. Cum igitur ex eo ꝙ ꝓfessores ordinū mendicantiū ad monachorū nigrorū ꝛ cistercieñ ordines cōsueuerunt plerūqꝫ transire/multas in dictis ordinibus turbatiōes/infestationes/molestias/damna/ꝛ scandala ꝓuenisse experientia doceat manifeste. Nos his ex debito pastoralis officij ꝓ futuro tempore occurrere cupientes de cōsilio fratrū nostrorū decernimus ne quis cuiusuis ordinis mendicantiū professor ad aliquē dictorū duorū ordinū q̄quomodo trāsire valeat sine Romani pontificis licentia speciali plenā ꝛ expressam faciēte de cōstitutione huiusmodi mentionē. Nō obstantibus ꝓuilegijs aplicis quibuscūqꝫ cōcessis in contrariū dictis ordinibus mendicantiū/seu eorū prelatis aut aliquib⁹ eorundē q̄ quo ad hoc nulli⁹ exnunc fore decernim⁹ firmitatis. Nulli ẜ oino hoim

liceat hanc paginã nostre cõstitutionis infringere/ vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attemptare ꝑsumpserit/ indignationẽ omnipotẽtis dei/ ꝛ beatorũ Petri ꝛ Pauli aplorum eius se nouerit incursurũ. Datum Auinioñ. iiij. Noñ Julij. Pontificatus nostri Anno primo.

Eiusdem. Qꝫ mõnasteria ordinis vnã solam decimã ꝛ vnã ꝓcurationẽ ꝓ legatis ꝛ nuncijs aplicis soluunt ꝓ se ꝛ omnib⁹ membris ꝛ grangijs sibi subiectis siue in vna diocesi siue in diuersis existunt.

BEnedictus Eps seruus seruorum dei. Dilectꝭ filijs vniuersis collectorib⁹ decime/ ꝛ ꝓcurationũ legatis ꝛ nũcijs sedis aplice debitaꝝ auctoritate aplica deputatis/ ꝛ imposterũ deputandis. Salutẽ ꝛ aplicam benedictionem. Fauoris nři ꝓuenire debet auxilio vt qꝺ pie ac iuste ꝓ monasterioꝝ ꝛ mẽbroꝝ suorũ vtilitate ꝛ quiete deposcit affectu beniuolo ꝓuide cõcedatur. Sane dilecti filij abbas cistercij/ eiusqꝫ coabbates/ necnõ dilecte in christo filie abbatisse/ ꝛ vniuersi ꝯuent⁹ monasterioꝝ ꝛ locoꝝ ꝯuentualiũ cistercieñ ordinis nobis significare curarũt qꝺ licet ſm statutũ ꝛ ordinationẽ nřa in singulis monasterijs/ ꝛ alijs cõuentualib⁹ locis ordinis ꝑlibati p abbatẽ seu aliũ regimini ꝑsidentẽ de senioꝝ sui ꝯuent⁹ ꝯsilio duo bursarij deputentꝭ/ qꝝ vnus ꝑncipalis existit/ q̄ siqdẽ bursarij oẽs pecunias ipsi⁹ monasterij vel loci ꝯuẽtualis vñcũqꝫ ꝓueniẽtes vniuersaliꝭ recipiũt/ ꝛ de dicti abbatꝭ vel regimini ꝑsideñ mãdato illas distribuũt ꝓut fuerit oportunũ/ ꝛ tã de antiquo more q̄ꝫ de obseruantia eorũdẽ in decima que p sedẽ aplicam ꝓ tẽpore imponitur/ ꝛ ꝓcuratiõibus legatis ꝛ nũcijs sedis aplice debitis/

64

quodlibet monasteriū dicti ordinis pro se et omnib⁹ membris et grangijs suis/ siue in eadē/ siue in diuersis dioc. consistant/ onus sup̄ hoc sibi rationabiliter impositā soluere consueuerit/ p̄dictis mēbris et grangijs nullā separatam solutionē facientibus/sed cōcurrentibus in solutione predicta cū huiusmodi p̄ncipali monasterio seu cōuentuali loco cui subesse noscunt/ nōnulli tamen ex vobis eos p̄ huiusmodi locis et membris consistentibus extra diocesim in qua monasteriū seu locus cōuentualis cui subsunt existit decimā et p̄curationes huiusmodi/ separatim exigere et extorquere p̄ eorū libito moliunt/ ipsos super hoc multipliciter molestantes. Nos igitur eorū sup̄ premissis p̄uidere quieti ac huiusmodi obuiare molestijs intēdētes vniuersitati vestre p̄ apostolica scripta districte precipieñ /mandamus quatenus ex quo monasteriū seu cōuentualis locus huiusmodi p̄ se/membris et grangijs sibi subiectis/siue in vna eademq; diocesi siue diuersis diocesibus cōsistant decimā et p̄curationes huiusmodi sibi impositas duxerint p̄soluendas/nullam aliā solutionē a predictis mēbris seu grangijs exigatis/ ne quod absit ex diuersitate huiusmodi solutionū bis exigi seu solui contingat qd̄ semel est tantūmodo p̄soluendum. Nos insup̄ omnes processus et sentētias quos vel quas contra mandatum huiusmodi p̄ vos vel aliquē vestrū haberi seu proferri cōtigerit irritos decernimus et inanes/et nullius existere firmitatatis. Datum Auinioñ. x. kl. Martij. Pontificatus nostri Anno quinto.

Priuileg. dñi Clemētis pape. vi.

Conseruatoria ad abbates sancte Genouefe Parisieñ/sancti Clemētis Meteñ/ et sancti Pauli Bisuntineñ.

Clemens Eps seruus seruoꝝ dei Dilectis filijs sancte Genouefe Parisieñ ꝛ sancti Clemētis Meteñ ac sancti Pauli Bisuntineñ monasterioꝝ abbatib⁹. Salutē ꝛ aplicam benedictionē. Militāti ecclesie disponēte dño p̄sidentes circa curā ecclesiarū ꝛ monasterioꝝ oim solertia reddimur indefessa solliciti vt eaꝝ occurramus dispendijs ꝛ vtilitatib⁹ diuina coopante clementia salubriter intēdamus. Sane dilectoꝝ filioꝝ abbatis cistercieñ ad romanā ecclesiā nullo medio ptineñ Cabiloneñ diocesis/ ac abbatū ꝛ dilectarū filiarū abbatissarū monasterioꝝ ordinis cistercieñ ac eorundē monasterioꝝ cōuentualiū cōquestione pcepimus/ ꝙ nōnulli archiepi/ ꝛ epi/abbates/p̄ores/ ꝛ alij ecclesiarū p̄lati ꝛ clerici/ac ecclesiastice psone/tā religiose ꝙ̃ etiā seculares/necnō duces/marchiones/comites/barones/milites/nobiles/ ꝛ laici/cōmunia ciuitatū/vniuersitates/opidorū/castrorum/villarū/ ꝛ alioꝝ locoꝝ/ ꝛ alie singulares psone ciuitatū et diocñ/ac partiū diuersarū in quib⁹ dicta monasteria/ac alia loca ꝛ mēbra eisdem monasterijs subiecta cōsistere dinoscunt̄ occuparunt/ ꝛ occupari fecerūt castra/villas/ ꝛ alia loca/ domos/ ecclesias/grangias/molendina/decimas/obediētias/ casalia/ terras/vineas/possessiones/census/reddit⁹/ ꝛ ꝓuentus/iurisdictiones ꝛ iura/ac nōnulla bona mobilia ꝛ imobilia ad dicta monasteria ꝛ hmōi alia membra eoꝝ spectantia/ ꝛ ea detinent indebite occupata/seu ea detinentib⁹ p̄stant consiliū auxiliū ꝛ fauorē. Nōnulli etiā ciuitatū ꝛ diocñ ac partiū p̄dictarū qui nomen dñi in vacuū recipere nō formidant/dictis abbatib⁹/abbatissis ꝛ conuētib⁹ sup p̄dictis castris/villis/ ꝛ locis/ecclesijs/ grangijs/molendinis/decimis/casalib⁹/castris/terris/iurisdictionibus/possessionib⁹/censibus/iurib⁹/bonis/ ꝛ rebus alijs ad monasteria ꝛ mēbra p̄dicta spectantib⁹ multiplices molestias ac iniurias inferūt ꝛ iacturas. Quare ꝑ parte dictorū abbatū abbatissarū ꝛ conuētuū nobis extitit humiliter supplicatū/ vt cū valde difficile reddat̄ eisdem ꝑ singulis querelis ad apli-

cam sedē habere recursum/ ꝓuidere eis sup̄ hoc paterna diligē
tia curarem⁹. Nos igit̄ cōsideratiōe venerabilis fratris nostri
Guill'i epi Tusculaneñ ⁊ carissimi in xp̄o filij nostri Johãnis re
gis francie illustris nobis sup̄ his hūiliter supplicantiū/ aduer-
sus occupatores/detentores/p̄sumptores/molestatores/ ⁊ in-
iuriatores hmōi/illo volentes eisdē abbatib⁹ abbatissis ⁊ con
uentib⁹ remedio subuenire p̄ qḋ illorū cōpescatur temeritas ⁊
alijs aditus cōmitteñ similia p̄cludat̄/discretioni vestre p̄ apl'i-
ca scripta mandamus quaten⁹ vos vel duo aut vn⁹ vestrū p̄
vos vel aliū seu alios etiā si sint extra loca in quibus deputati
estis cōseruatores ⁊ iudices/ abbatib⁹ abbatissis ⁊ cōuentib⁹
supradictis efficacis defensionis p̄sidio assistētes/nō p̄mittat̄
eosdē sup̄ p̄missis ⁊ quibuslibet alijs bonis ⁊ iurib⁹ ad ip̄os cōi
ter vel diuisim spectantib⁹ ab eisdē ⁊ quibuscūq alijs indebi-
te molestari/seu eis grauamina damna vel iniurias irrogari/
facturi ipsis cum ab eis vel eorū aliquib⁹ seu ꝓcuratore vel ꝓ-
curatorib⁹ eorundē/vel aliquorū ipsorū fueritis requisiti de p̄
dictis ⁊ alijs p̄sonis quibuslibet sup̄ restitutiōe ecclesiaꝝ/ gran
giarū/castroꝝ/casaliū/terraꝝ/possessionū/iurisdictionū/ iuriū
⁊ bonoꝝ mobiliū ⁊ imobiliū/reddituū quoq ⁊ ꝓuentuū ac ali
orū quorūcūq bonoꝝ/necnō de q̄buslibet iniurijs/molestijs/
atq dānis/p̄sentib⁹ ⁊ futuris/in p̄sonis ⁊ reb⁹ ipsoꝝ illatis/eis
dē in illis videlicet q̄ iudicialē requirūt indaginē sūmarie sim-
pliciter ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij/In alijs vero ꝓ
ut q̄litas eoꝝ exegerit iusticie cōplemētū/occupatores seu de-
tētores/molestatores/p̄sūptores/ ⁊ iniuriatores hmōi/ necnō
ꝯtradictores quoslibꝫ ⁊ rebelles cuiuscūq status/gradus/ordi
nis/vel cōditionis/etiā si archiep̄alis vel ep̄alis dignitatis ex-
titerint/q̄ncūq ⁊ quotiēscūq expedierit/auc̄te nr̄a p̄ cēsurā ec-
clesiasticā/appellatōe postposita cōpesceñ. Inuocato ad hoc si
opus fuerit auxilio brachij secularis/ Nō obstantib⁹ tā felicis
recordatiōis Bonifacij pape. viij. p̄decessoris nr̄i in quib⁹ ca-
uetur ne aliq̄s extra suā ciuitatē ⁊ diocesim nisi in certis excep-
tis casibus/ ⁊ in illis vltra vnā dietā a fine sue diocesis ad iudi
cium euocet̄/seu ne iudices ⁊ ꝯseruatores a sede deputati p̄di-

cta extra ciuitatē ⁊ dioc. in quib⁹ deputati fueriut cōtra quoſ-
cūq ꝓcedere/ſiue alijs vel alij vices ſuas committere/aut ali-
quos vltra vnā dietā a fine dioc. eorundē trahere p̄ſumāt/ ſeu
qđ de alijs quā manifeſtis iniurijs ⁊ violentijs ac alijs que iu-
dicialē indaginē exigunt penis in eos ſi ſecus egerint ⁊ id pro-
curantes adiectis/ cōſeruatores ſe nullatenus intromittāt. Et
tam de duab⁹ dietis in cōcilio generali dūmodo vltra tertiam
vel quartā aliquis extra ſuā ciuitatē ⁊ dioc. auctoritate p̄ſenti
um ad iudiciū nō trahatur/ quā alijs quibuſcūq cōſtitutioni-
bus a p̄deceſſorib⁹ noſtris Romañ pontificib⁹/ tā de iudicib⁹
delegatis ⁊ cōſeruatorib⁹/ q̄ ꝑſonis vltra certū numerū ad iu-
diciū nō vocandis/ ⁊ alijs editis que veſtre poſſent in hac par-
te iuriſdictioni aut ꝑtāti/ eiuſq libero exercitio quolibet obui-
are. Seu ſi aliquib⁹ cōmuniter vel diuiſim a p̄fata ſit ſede idul
tū/ qđ excōicari/ ſuſpendi/ vel interdici/ ſeu extra vel vltra cer-
ta loca ad iudiciū euocari nō poſſint ꝑ litteras aplicas nō faci-
entes plenā ⁊ expreſſam/ ac de verbo ad verbū de indulto hu-
iuſmodi ⁊ eorū ꝑſonis/ locis/ ordinib⁹/ ⁊ noibus ꝓprijs mētio-
nē/ ⁊ qualibet alia dicte ſedis indulgentia generali vel ſpeciali
cuiuſcūq tenoris exiſtat ꝑ quā p̄ſentibus nō exp̄ſſam vel tota
liter nō inſertā veſtre iuriſdictionis explicatio in hac pate vale
at quōlibet impediri/ ⁊ de qua cuiuſq toto tenore de verbo ad
verbū in noſtris litteris habenda ſit mētio ſpecialis. Ceterum
volum⁹ ⁊ aplica auctoritate decernim⁹/ q̄ p̄ſentes littere ꝑ cō-
cedentis obitū nō expirent/ ⁊ q̄ quilibet veſtrū ꝓſequi valeat
articulū etiā ꝑ aliū inchoatū/ q̄uis idem inchoās nullo fuerit
impedimēto canonico p̄peditus/ quodq a datis p̄ſentium ſit
vobis ⁊ vnicuiq veſtrum in premiſſis omnib⁹ ⁊ eoꝝ ſingulis/
ceptis ⁊ non ceptis/ p̄ſentibus ⁊ futuris/ perpetuata poteſtas
⁊ iuriſdictio attributa/ vt eo vigore eaq firmitate poſſitis in
premiſſis omnibus ⁊ ſingulis ceptis ⁊ non ceptiſ/ preſentibus
⁊ futuris/ ⁊ pro predictis procedere/ ac ſi predicta omnia ⁊ ſin-
gula coram vobis cepta fuiſſent/ ⁊ iuriſdictio veſtra ⁊ cuiuſli-
bet veſtrum in predictis omnibus et ſingulis per citationem
vel modum alium perpetuata legitimū extitiſſet/ cōſtitutione

p̄dicta super cōseruatoribus τ alia qualibet in contrarium edita non obstante. Datum Auinioñ. ij. Noñ Februarij. Pontificatus nostri Anno nono.

Eiusdem. Qz abbates nō tenentur reddere compotū bursarijs in regressu eorū ad monasteria/ ꝓut precedens mandat benedictina.

CLemens Episcopus seruus seruoꝝ dei. Ad futurā rei memoriā. Ap̄l'ice sedis ꝓuidentia circūspecta gesta etiā summorū pontificū attente ꝓspiciens et considerās diligēter nōnunq̄ȝ illa cōmutat in melius/ τ q̄nq̄ȝ submouet vel suspendit cū causa rationabilis id exposcit. Dudū siquidē felicis recordationis Benedict⁹ papa. xij. p̄decessor noster in ordinationib⁹ τ constitutionib⁹ quas ꝓ vtilitate cisterciēñ ordinis edidit inter cetera statuit τ etiā ordinauit q̄ abbates monasterioꝝ vel aliorū locoꝝ cōuentualiū dicti ordinis regiminib⁹ p̄sidentes/ si dum extra monasteria τ loca ipsorum consisterent de ꝓuentib⁹ monasteriorū τ locoꝝ ipsoꝝ vel aliunde pecunias aliquas eos recipere forte cōtingeret/ in ipsorū regressu ad monasteria τ loca p̄dicta dictas pecunias traderent bursarijs in monasterijs τ locis hmōi deputatis/ si quas de ipsis pecunijs expendissent cōputatis. Abbates vero seu alij regiminib⁹ p̄sidentes si secus attēptare vel sibi talia retinere p̄sumerent ab ingressu ecclesie/ ac diuinis officijs post lapsū duorū mensuū a die regressus hmōi computandū/ tādiu suspēsi existerent donec ea traderent bursarijs memoratis. Cū autē nup ꝓ parte dilectorū filioꝝ Johānis abbatis cisterciēñ/ ac ceterorū coabbatū suoꝝ pridem in ꝓximo generali capitulo congregatoꝝ cistercij suo τ omniū alioꝝ abbatū cisterciēñ ordinis

nomine fuerit nobis humiliter supplicatū/ vt cū premissa eisdē abbatib⁹ ꝛ p̄sidentibus qui virtute sue regule plenam administrationē habere noscunt/ ꝛ iuxtā regulā ipsam debēt de omnibus ordinare grauia valde reddant/ ꝛ exinde videat vilescere auctoritas officij pastoralis/ ac subditi se quo ad hoc supiores maioribus suspicantes in pluribus nō obsequūtur superiorū nutibus sicut prius/ in animarū suarū salutis dispendiū ꝛ contemptū obediētie regular̄/ sup hoc de remedio oportuno ꝓuidere salubriter dignaremur. Nos cōsiderantes attentius ꝙ in tranquillitate cordis actori pacis accepti⁹ deseruitur ex his et alijs rationabilib⁹ caussis mouētibus ad hoc animū nostrū inducti/ ꝛ earundē abbatū deuotis supplicationib⁹ inclinati penā suspeñ hmōi auctē ap̄lica p̄sentiū tenore suspendim⁹/ quousqꝫ sup hoc aliud duxerimus ordinandū. Volētes ꝛ auctē eadem cōcedentes qȯ si qui abbates seu p̄sidētes penā huiusmodi incurrerūt ab illa ꝑ dilectos filios priores claustrales monasteriorū ꝛ alioꝝ locoꝝ suorū quib⁹ sup hoc plenā cōcedimus facultatē absolui valeant/ ꝛ cū eis sup irregularitate ꝑ eos inde contracta forsitan dispēsari. Nulli ergo oīno hominū liceat hanc paginā nostre suspeñ/ voluntatis/ ꝛ cōcessionis infringere/ vel ei ausu temerario ꝯtraire. Si quis autē hoc attemptare p̄sumpserit/ indignationē omnipotētis dei/ ꝛ beatorū Petri ꝛ Pauli ap̄lorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinioñ. Noñ Octobris. Pontificatus nostri Anno primo.

Priuilegiū domini Urbani pape. v. Qȯ liceat nobis in singulis castris ꝛ fortalicijs/ ad que propter guerrarum discrimina residemus/ erigere altare portatile/ et ibidem missas ꝛ alia diuina officia etiam alta voce celebrare.

67

VRbanus Eps seru⁹ seruorū dei. Dilectis filijs abbati ⁊ conuētui monasterij Cisterciēs Cabilonēs diocesis/ceterisq̃ abbatibus ⁊ cōuentibus cisterciēs ordinis vbilibet cōstitutis. Salutem ⁊ aplicam benedictionē. Sacre vestre religionis in qua deuotum deo redditis famulatū ꝓmeretur honestas/vt petitionib⁹ vestris in his ꝑsertim que ad cōsolationē animarū vestrarum cedere valeant fauorabiliter annuam⁹. Cū itaq̃ sicut exhibita nobis ꝑ parte vestra petitio cōtinebat frequēter contingat ꝙ vos ꝓpter guerrarū discrimina que in monasteriorū vestrorū partibus frequēter ingruunt tute residere in ipsis monasterijs nō valentes/ ad castra ⁊ fortalicia ipsis monasterijs vestris vicina recurrere/ ⁊ in eis ad tēpus morari oportet. Nos vestris in hac parte supplicationib⁹ inclinati/vt liceat vobis in singulis castris ⁊ fortalicijs ipsis/in locis tamē ad hoc cōgruis ⁊ honestis/erigere altare portatile super quo q̃diu ibidem occasione predicta morā traxeritis singuli vestrū qui fuerint in sacerdotio cōstituti missas/⁊ alia diuina officia/etiā alta voce celebrare/cū debita reuerentia ⁊ honore/iure parrochialiū ecclesiarū ⁊ cuiuslibet alteri⁹ in omnib⁹ semꝑ saluo/libere valeatꝭ deuotioni vestre auc̃te aplica de speciali gratia indulgem⁹. Nulli ergo oino hoim liceat hanc paginā nostre ꝯcessionis infringere/vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis aūt hoc attēptare ꝑsumpserit/indignationē oipotentis dei/⁊ btōꝝ Petri ⁊ Pauli aplorum eius se nouerit incursurū. Datū Auinioñ. v. Idus Octobris. Pontificat⁹ nostri Anno secundo.

Priuilegꝭ dñi Johānis. xxiij. Qꝭ capellani seu familiares honoris pape aut cardinaliū qui sunt de ordine/iurisdictiōi/correctioni/ ⁊ obedientie suorū superiorū et

capituli generalis plene subsunt.

Iohannes Epus seruus seruorum dei. Ad perpetuam rei memoriã. Dum vberes fructus quos ordo cisterciẽsis in agro militantis ecclesie vberrime in exaltatione status pfate ecclesie ⁊ religionis propagationẽ pduxit hacten⁹ ⁊ pducit assidue paterna diligentia contemplamur saluberrimũ fore dinoscimus/ vt illa pro cultu diuini nominis ⁊ obseruantia regulari in prefato ordine decernamus/ per que ordo ipse salutaribus pficere valeat incrementis/ et si qui ab obseruantia huiusmodi se quoq3 modo laxatis obedientie habenis salutaribus quomodolibet sequestrarent ad cultũ ipsum discipline freno put pro eorũ salute congruit reducantur. Hinc est quod nos premissorũ intuitu ⁊ ex certis alijs rationabilibus causis animũ nostrum mouentibus/ ⁊ dilectorũ filiorꝝ abbatis cisterciẽ ⁊ coabbatum eius dicti ordinis in hac parte supplicationibus inclinati volumus/ ⁊ hac presenti ⁊ perpetuo duratura constitutione decernimus statuẽtes. Quod omnes ⁊ singuli dicti ordinis pfessores presentes ⁊ posteri/ cuiuscũq3 status gradus seu conditionis existant in capellanos honoris sedis apostolice seu alicui⁹ ex venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalib⁹/ aut familiares cuiuspiam ex pmissis vel aliorũ recepti vel assumpti/ ac de cetero tã apostolica quã alia quauis auctoritate quomodolibet assumẽdi non possint vel debeant quoquomodo/ ⁊ sub quacũq3 verborũ conceptione/ a iurisdictione/ correctione/ supioritate/ maioritate seu obediẽtia sui superioris/ ⁊ dilectorũ filiorꝝ capituli gnãlis pfati ordinis eximi/ ꝟtute cuiusuis grẽ alicui pmissorꝝ iã ꝯcesse seu imposterũ ꝯcedende p aplicas seu alias litteras/ aut pcessus sup illis forsan habitos vel habẽdos/ quo min⁹ supioribus suis ⁊ caplo pfatis in oib⁹/ ⁊ quo ad oĩa fm cõstitutiões ⁊ ꝯsuetudines ipsi⁹ ordinis plene subsint ⁊ parere debeãt/ ⁊ ad pmissorꝝ obseruantiã distringi queant/ pmissis ⁊ alijs ꝯtrarijs

68

nõ obstantibus quibuscunq irritũ ꝛ inane decernẽtes exnunc
quicquid sup his sciẽter vel ignoranter quauis auctoritate attẽ-
ptatũ forsan est hactenus vel imposterũ cõtigerit quõlibet at-
temptari. Nulli ergo oino hominũ liceat hanc paginã nostre
volũntatis/cõstitutionis/ꝛ statuti infringere/vel ei ausu teme
rario cõtraire. Si quis aũt hoc attẽptare psumpserit/indigna-
tionẽ omnipotẽtis dei/ꝛ beatorũ Petri ꝛ Pauli aplorum ei9
se nouerit incursurũ. Datum Cõstantie. vij. kl. Februarij. Põ
tificatus nostri Anno quinto.

Eiusdẽ Qr abbas cistercij ꝛ capitulum ge
nerale possunt vnire monasteria ꝛ prio-
ratus ordinis pauperioribꝰ monasterijs
ordinis/ꝛ possessionẽ accipere/diocesani
aut alterius cuiuscũq licentia minime re-
quisita.

Iohannes Eps seruus seruorum dei Dilectis filijs abba
ti monasterij Cistercij Cabiloneñ dioc./eiusq
coabbatibus vniuersis in eoꝝ generali caplo
qñcũq congregandis. Salutẽ ꝛ aplicam beñ.
Sacre religionis sub qua mũdanis calcatis il-
lecebris deuotũ ꝛ sedulum in hũilitatis spiri-
tu exhibetis altissimo famulatũ merita pme-
rent/vt ea que vestre religionis ꝛ ordinis cõmoditatẽ respiciũt
fauore vobis beniuolo pcedamꝰ. Hinc est qd nos volẽtes vre
paci ꝛ tranqllitati cõsulere vris in hac parte supplicationibꝰ in-
clinati/vt quecũq monasteria dicti ordinis tam monachoꝝ q̃
etiã monialiũ ꝛ quoꝝ facultates/fructꝰ/redditus/ꝛ puẽtus nõ
sufficiũt ad sustentationẽ tot regulariũ psonarũ in eisdẽ mona
sterijs p tempore degentiũ/quot in eis p augmento diuini cul

fo. 67.

tus ac missis et alijs diuinis officijs celebrandis secundum eiusdem ordinis instituta/ et premissorum ac regularium cerimoniarum obseruantia requirunt/ alijs monasterijs religionis et ordinis predictorum pro comodiori sustentatione degentium in eisdem/ et quando pro statu et quiete huiusmodi personarum id noueritis expedire/ super quibus vestras conscientias oneramus/ cum omnibus iuribus et pertinentijs suis vnum videlicet alteri monachorum et aliud alteri monialium/ monasterijs eiusdem ordinis monasteria cuiuscumque taxe seu annui valoris fuerint/ et que cum eorum iuribus et pertinentijs suis vniuersis presentibus haberi volumus pro expressis/ auctoritate apostolica annectere et vnire/ ita quod cedentibus vel decedentibus huiusmodi monasteriorum abbatibus vel abbatissis/ seu prioribus/ vel priorissis si monasteria ipsa per priores aut priorissas fuerint solita gubernari/ aut ea quomolibet dimittentibus liceat alijs abbatibus / et abbatissis / ac priorissis quorum monasterijs alia sic vacantia venient vnienda corporalem possessionem huiusmodi vacantium monasteriorum iuriumque et pertinentiarum predictorum auctoritate propria apprehendere et perpetuo retinere ac fructus/ redditus/ et prouentus dictorum monasteriorum vniendorum in suos vsus ac pro sustentatione huiusmodi personarum degentium in eisdem libere conuertere/ diocesani loci aut cuiuscumque alterius super hoc licentia minime requisita/ libere et licite valeatis/ deuotioni vestre de specialis dono gratie concedimus per presentes. Non obstantibus quibuscumque reseruationibus generalibus vel specialibus de huiusmodi vel alijs monasterijs ordinum quorumcumque per nos aut sedem apostolicam hactenus forsan factis/ necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis atque nostris ac stabilimentis statutis et consuetudinibus monasteriorum et ordinis predictorum/ etiam iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis ceterisque contrarijs quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis et concessionis infringere/ vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit/ indignationem omnipotentis dei/ et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Constantie. vij. kl. Februarij. Pontificatus nostri Anno quinto.

69

Iste Johãnes papa. xxiij. primus dedit remediũ cõtra commẽdas monasterioꝝ/decernẽs ꝙ nullus q̄ de ordine nõ existat etiã si cardinalat⁹ dignitate fulgeret/debeat p̄sidentiã/gubernationẽ/administrationẽ/aut preminentiã p se vel alios/directe vel indirecte in ipso ordine obtinere. Et incipit bulla. Ad salutare regimẽ/quã hic nõ inserimus/q: de verbo ad verbũ inserit̃ in cõfirmationib⁹ factis per dños Calistũ. iij. Nicolaũ. v. Piũ. ij. Sixtũ. iiij. ⁊ Innocentiũ. viij. vtinã obseruari potuisset/⁊ adhuc posset. Ubi nota ꝙ his tẽporibus cõmende ⁊ p̄secutões iste multũ istis tẽporibus sup ordinẽ sanctũ inualescere ceperunt/maxime in partib⁹ cisalpinis.

Eiusdẽ. Cõfirmatio multũ specialis priuilegiorũ tam apostolicorũ q̄ȝ regalium ordini concessorum.

Johannes Eps seruus seruorum dei Ad futuram rei memoriã. Et si quibuslibet p̄sonis ecclesiastic. ac religiosis p̄sertim illis qui mundi cõtemnẽtes illecebras/in humilitatis habitu regi cunctoꝝ principũ in abstinentia ⁊ diuinis officijs suas animas deuouerũt/ex paterne pietatis officio teneamur assistere/p̄fessores tñ cistercieñ ordinis vtriusq; sexus eo feruẽtiori caritate cõplectimur/quo ipsũ ordinẽ in dei ecclesia cõspicuũ ⁊ insignẽ vberiori dilectione p̄sequimur/vnde si qñ priuilegia/gratie/⁊ indulta p exaltatiõe ⁊ incremẽto eiusdẽ ordinis/ac pace ⁊ tranquillitate in eo virtutum dño militantiũ p Romañ pontifices p̄decessores nostros aut imperatores ⁊ reges cõcessa ⁊ indulta comperimus vt p̄petuã firmitatẽ obtineant ea merent̃ ap̄lici roboris clipeo cõmuniri. Sane petitio dilectorũ filiorum abbatis monasterij cistercieñ Cabiloneñ diocesis/eiusq; coabbatũ/abbatissarũ/⁊ conuentuũ ordinis eiusdẽ/nobis nuper exhibita cõtinebat quod

nota hic bullam p totam...

fo. 58.

olim nõnulla priuilegia/imunitates/exemptiones/libertates/ gratie/cõseruatorie/ ⁊ indulta p felicis recordationis Innocẽtiũ. iiij. Alexandrum. iiij. Urbanũ. iiij. Gregoriũ. ix. Honoriũ iij. Clementem. v. Et ꝗ̃plures alios Romaũ pontifices p̃decessores nostros/seu ꝓ Romaũ pontificibus in eorũ obedientijs habitos/ac etiã p recolende memorie prelatos/ pontifices imperatores/ac Romaũ/ ⁊ alios reges ꝓ augmento diuini cultus ac saluberrimo statu ⁊ incremento ordinis p̃libati concessa fuerint pariter ⁊ indulta. Uerũ sicut eadẽ petitio subiũgebat cum cõtingat interdũ dicti ordinis ꝓfessis cõtra huiusmodi p̃uilegia ⁊ indulta p locorum ordinarios/ac p̃latos/ ⁊ alios qui nomen dñi inuacuũ recipere nõ formidant indebite molestari ꝓ parte abbatis cistercij/coabbatũ eius/abbatissarũ/ ⁊ cõuentuum ordinis prelibati nobis fuit humiliter supplicatũ/ vt huiusmodi priuilegijs/gratijs/ ⁊ indultis/ac litteris predecessorũ prelatorũ/pontificũ/imperatorũ/ ⁊ regũ prefatorũ robur apostolice cõfirmationis adijcere/ ⁊ alias ad eorũ ꝑpetuũ robur obtinendũ partes ap̃lice prouisionis interponere de benignitate ap̃lica dignaremur. Nos igit̃ eorundẽ p̃decessorũ vestigijs inherentes/ac cupiẽtes tranquillitati ⁊ paci abbatũ/ abbatissarum/ ⁊ cõuentuũ/ac ꝓfessorũ huiusmodi quãtũ cũ deo possumus ꝓuidere/huiusmodi supplicationibꝰ inclinati/priuilegia/ imunitates/libertates/exemptiones/ cõseruationes/ gratias/ ⁊ indulta p quoscũqꝫ Romaũ pontifices p̃decessores nostros/ seu ꝓ Romaũ pontificibꝰ in eoꝝ obediẽtijs habitos abbatibꝰ dicti monasterij cistercij/eiꝰ coabbatibꝰ/ abbatissis ⁊ cõuẽtibꝰ ordinis eiusdẽ ꝯiũctim vel diuisim vt p̃fert̃ ꝯcessis ⁊ ꝯcessa/nec nõ p̃latoꝝ/poñ/inperatoꝝ/regũ/ac dñoꝝ temporaliũ litteras hmõi ⁊ oĩa ⁊ singula in eis cõtenta ꝓut rite ⁊ iuste ac rationabiliter ꝯcesserũt/ ⁊ prefato ordini fuerũt indulta/ exnũc imppetuũ auc̃te ap̃lica tenore p̃sentiũ approbamꝰ/ ac etiã ꝯfirmamꝰ/ ⁊ p̃ntis sc̃pti p̃ocinio cõmunimꝰ/ vniuersos ⁊ singulos eccl̃ie p̃latos/p̃triarchas/p̃mates/archiep̃os/ep̃os/ abbes/p̃ores/ decanos/archidiaconos/p̃positos/archip̃b̃ros/officiales/ necnõ p̃ncipes chr̃ianos q̃cũqꝫ dignitate fulgẽtes ⁊ eoꝝ officiarios/

70

Ciuitatũ quoq̃ villarum/seu cõmunitatũ rectores ⁊ maiores rogantes/monẽtes/⁊ hortantes attente/eisq̃ p apostolica scripta in virtute obedientie districte pcipiendo mandantes quatenus pdictos abbates/abbatissas/cõuentus/⁊ psonas ordinis pnominati pretactis priuilegijs/immunitatibꝰ/ exemptionibus/libertatibus/gratijs/cõseruatorijs/ ⁊ indultis gaudere pmittant pacifice ⁊ quiete. Decernẽtes ea fore vbicũq̃ ⁊ quãdocunq̃ exhibita fuerint vel ostensa imperpetuũ obseruanda ac exnunc irritũ ⁊ inane quicquid contra approbationẽ/confirmationẽ/cõmunitionem/⁊ decretum nostra huiusmodi a quoquã ⁊ quauis auctoritate scienter vel ignorãter cõtigerit quomodolibet attẽptari. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã nostre approbationis/cõfirmationis/cõmunitionis/rogationis/monitionis/hortationis/mandati/⁊ constitutionis infringere/ vel ei ausu temerario contraire. Si quis autẽ hoc attemptare presumpserit/indignationẽ omnipotẽtis dei/⁊ beatorum Petri ⁊ Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Constantie. vij. kl. Februarij. Pontificatus nostri Anno quinto.

Eiusdẽ. Conseruatoria cõcessa p dominũ Johannẽ papam. xxiij. ad vniuersos prelatos ecclesie confirmatiua conseruatoriarum p dominũ Clementẽ papam. v. ac p dominum Clementẽ papam. vi. concessarum. Cum additione q̃ rectores ecclesiarum absq̃ litteris diocesanorũ/quas placet vocant/conseruatorum mandata exequantur.

IOhannes Eps seruus seruoꝝ dei Ad futurā rei memoriam. Jlla que ꝓ statu trāquillitate ꝛ pace ꝑsonarum ecclesiasticarū ꝑsertim sub religiōis habitu virtutū dn̄o militantiū laudabiliter facta sunt vt ꝑpetui roboris firmitatē obtineant libēter cū a nobis petit᷑ aplīco munimine roboramus. Sane petitio ꝓ parte dilectorū filiorū abbatis monasterij cistercij Cabilonen̄ dioc/eiusqꝫ coabbatū abbatissarū ꝛ conuentuū eiusdē ordinis nobis nuper exhibita cōtinebat/ꝙ olim felicis recordationis Clemēs papa. v. p̄decessor noster volens eorundē abbatū/abbatissarū/conuentuū ꝛ monasteriorū/ac ꝓ tempore degentiū in eisdē ne prauorum hoim molestijs vexarent᷑/oportunitatibꝰ ꝓuidere/vt eo deuotius quo quietiꝰ deuotū ꝛ sedulū deo redderēt famulatū in fauorē ꝛ ꝓ incremento ordinis/ac abbatū abbatissarū ꝛ cōuentuū eiusdē/quoddā priuilegiū/gratias/seu litteras cōseruatorias quarū tenorē ꝛ formā in camera nostra cū omni diligētia inspici/ac de verbo ad verbū inferius iussimꝰ annotari indulsit ac cōcessit eisdē. Quare ꝓ parte dictorū abbatū/abbatissarū ꝛ conuentuū nobis fuit hūiliter supplicatū/vt ꝓ firmiori subsistentia omniū p̄missorū litteris dicti p̄decessoris ac omnibus in eis cōtentis robur aplīce cōfirmationis adijcere/ ꝛ alias ad illorū ꝑpetuū robur obtinendū partes aplīce ꝓuisionis interponere de benignitate aplīca dignaremur. Nos igitur eiusdē p̄decessoris vestigijs inherentes hmōi supplicationibꝰ inclinati/p̄fatas litteras omniaqꝫ in eis cōtenta ꝛ alias quascūqꝫ sub eadē forma ꝓ dicto ordine quibuscūqꝫ iudicibus ꝑ eundē p̄decessorē/ac felicis recordationis Clementē. vj. cōcessas ex nunc imperpetuū auctoritate aplīca ꝛ ex certa sciētia approbamus/ ac etiā cōfirmamus ꝛ p̄sentis scripti patrocinio cōmunimus/ Decernētes ea fore vbicūqꝫ ꝛ qn̄cūqꝫ exhibita fuerint vel ostēsa in iudicio vel extra imperpetuū inuiolabiliter obseruanda/ vniuersos ꝛ singulos patriarchas/ ꝑmates/ archiepos /epos/ abbates/priores/decanos/archidiaconos/p̄positos/ archipre

sbyteros/officiales/necnō principes christianos etiā si speciali
regali vł alia quauis dignitate fulgētes/ac eorūdē subditos ⁊
officiarios/ciuitatū quoq₃ villarū seu cōmunitatū quorūlibet
rectores ⁊ maiores regentes/ac ecclesiarū rectores quoscūq₃ ro
gantes moneñ ⁊ hortañ attēte/eisq₃ ꝑ aplica scripta in virtute
obedientie districte p̄cipiēdo mādantes/quaten⁹ p̄dictos ab-
bates abbatissas cōuent⁹ ⁊ ꝑsonas ordinis p̄nominati p̄tactis
cōseruatorijs vti pacifice ꝑmittāt ⁊ iudiciū in eisdē noīatorum
ac substitutoꝝ ab eis vel eoꝝ altero mandata ipsi rectores ec-
clesiarū absq₃ litteris diocesanoꝝ quas vocāt placet executiōi
demandēt. Nos aūt ex nūc irritū ⁊ inane decernim⁹ si secus a
quoquā quauis auctoritate sciēter vel ignorāter cōtigerit attē
ptari. Tenor vero dictarū litterarū sequit̄ ⁊ est talis. Cle-
mens Ep̄s seruus seruoꝝ dei. Dilecto filio abbati monaste-
rij sancti Pauli Bisuntiñ. Salutē ⁊ aplicam benedictionē. Et
si quibuslibet ꝑsonis ecclesiasticis presertim sub religionis ha-
bitu dño famulantibus/aplicum debeat adesse p̄sidiū/ ꝓfesso
res tamē cistercieñ ordinis/ vtriusq₃ sexus/ ne prauorū homi-
nū molestijs agitētur eo libentius ꝓtectionis nostre munimi-
ne cō fouemus/quo prefatū ordinē in ecclesia dei cōspicuū/di-
lectione ꝓsequimur ampliori/ac illorum iniurie grauius nos
contingūt. Cū itaq₃ sicut ad nostrū peruenit auditū/ dilecti fi-
lij abbas cistercij/eiusq₃ coabbates ⁊ fratres/ac dilecte in chri-
sto filie abbatisse ⁊ sorores eorūq₃ cōuentus ipsius cistercieñ or
dinis a nōnullis qui nomen dñi inuacuū recipere nō formidāt
in personis ⁊ bonis suis multipliciter molestentur. Nos volē-
tes ipsorū abbatū/fratrum/abbatissarū/sororū/ac conuentuū
ꝓuidere quieti ⁊ peruersoꝝ conatibus obuiare/discretioni tue
ꝑ apostolica scripta mandamus/quaten⁹ per te vel aliū seu ali
os eisdem abbatibus/fratrib⁹/abbatissis/sororibus ⁊ cōuen-
tibus efficaci presidio defensionis assistens non ꝑmittas ipos
in personis ⁊ bonis eorū contra indulta priuilegioꝝ sedis apo
stolice ab aliquib⁹ indebite molestari/molestatores hmōi qui
cūq₃ ⁊ cuiuscūq₃ religionis/cōditionis/aut status existant etiā
si pōtificali fulgeant dignitate/auctoritate nostra appellatione

fo. 76.

postposita compescendo. Nõ obstantib⁹ felicis recordationis Bonifacij pape. viij. pdecessoris nostri qua cauetur ne cum actor ⁊ reus fuerint eiusdem ciuitatis vel dioc. aliquis eorum extra ipsas nisi in certis casibus ad iudiciũ euocetur/ ⁊ alia ne cõseruatores a sede deputati pdicta/ extra ciuitates ⁊ dioc. in qbus deputati fuerint contra quoscunq; procedere/ siue alij vel alijs vices suas cõmittere/ aut aliquibus vltra vnam dietã a fine diocesis eorundẽ trahere psumant/ quodq; potestas ⁊ iurisdictio conseruatorũ quo ad nõ cepta negocia per obitũ concedentis expiret/ quam de duab⁹ dietis in concilio generali et alijs quibuscũq; constitutiõibus ab eodem Bonifatio ⁊ alijs pdecessoribus nostris Romanõ pontificib⁹ sup hoc in contrarium editis/ dũmodo vltra tertiã vel quartã dietam aliquis extra suã diocesim auctoritate presentiũ nõ trahatur/ seu si aliqbus cõiter vel diuisim a predicta sit sede indultũ/ qđ interdici suspendi/ vel excõmunicari/ seu extra vel vltra certa loca ad iudiciũ euocari nõ possint p litteras aplicas nõ facientes plenã ⁊ expressam de indulto hmõi eorũq; personis locis vel ordinibus mentionẽ/ seu qualibet alia indulgentia dicte sedis generali vel speciali/ p quã tue iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri/ Attentius puisurus ne de his sup quibus lis est forte iam mota/ seu que cause cognitionem exigũt/ ⁊ que indulta huiusmodi nõ cõtingunt p te vel alium seu alios te aliquatenus intromittas. Nos em̃ si secus presumpseris tam presentes litteras qnã etiã processum quẽ per te vel ipsos illarũ auctoritate haberi contigerit omnino carere viribus/ ac nulli⁹ fore decernimus firmitatis. Huiusmodi ergo mandatũ nostrum sic prudẽter ⁊ fideliter exequaris/ vt eius fines quomodolibet nõ excedas. Ceterũ volumus ⁊ auctoritate aplica decernim⁹ qđ a data presentiũ sit tibi in pmissis oibus ⁊ eorũ singulis perpetuata potestas/ ⁊ iurisdictio attributa vt in eo vigore illaq; firmitate possis auctoritate predicta in predictis omnibus/ ⁊ pro predictis procedere/ ac si tua iurisdictio in his omnibus ⁊ singulis per citationem / monitionem / vel modum alium perpetuata legitimũ extitisset. Datũ Auinioñ

72

ij. Non. Septēbris. Pōtificatus nostri Anno quarto. Nulli ergo oīno hoīm liceat hanc paginā nostre approbationis/cōfirmationis/cōmunitionis/cōstitutionis/rogationis/monitionis/hortationis/ꝛ mandati infringere/vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attemptare p̄sumpserit/indignationē omnipotētis dei/ꝛ beatoꝝ Petri ꝛ Pauli apl'orum eius se nouerit incursurū. Datum Constantie. vij. kl'. februarij. Pontificatus nostri Anno quinto.

Hanc in forma confirmat Sacrosancta synodus Basilieñ. Non Januarij Anno dñi M.cccc.xxxviij.

Priuilegiū dñi Martini pape. v. Qꝛ monasteria ꝛ p̄sone ordinis nō soluent decimas tam de possessionib⁹ ante ꝛ post cōcilium generale acquisitis q̄ȝ de cetero habendis. Et etiā de noualib⁹ siue ante siue post huiusmodi ꝯciliū acquisitis ꝛ acquirendis quōcūqȝ vel qualitercūqȝ excolantur. Etiā de illis possessionib⁹ de quibus aliquis hacten⁹ decimas ꝑcepit/ necnon de ortis/virgultis/piscationib⁹/ ꝛ aīaliū nutrimētis a p̄statiōe decimarū eximunt.

Martinus Ep̄s seruus seruoꝝ dei. Venerabilib⁹ fratribus archiep̄is ꝛ ep̄is/ac dilectis filijs abbatibus prioribus/decanis/archidiaconis/p̄positis ꝛ alijs ecclesiarū p̄latis/ad quos p̄sentes littere peruenerint. Salutē ꝛ aplicam benedic-

tionē. Militanti ecclesie licet immeriti disponēte dño p̄sidē-
tes circa curā ecclesiarū/ac monasterioꝝ omniū solercia reddi-
mur indefessa sollicitiut iuxta debitū pastoral' officij eoꝝ occur
ramus dispendijs/ ꝛ ꝓfectib⁹ diuina cooperāte clemētia salu-
briter intēdamus. Cū abbates cisterciēn̄ ordinis ad cōmoniti-
onē felicis recordatiōis Innocētij pape p̄decessoris nostri sta-
tuerūt/vt de cetero fratres ipsi⁹ ordinis ne occasione p̄uilegio
rum suoꝝ grauarent̄/de alienis terris/ꝛ ab eo tēpore acquirē-
dis si eas ꝓprijs manib⁹/aut sumptib⁹ colerent/decimas p̄sol
uerent ecclesijs quib⁹ rōne p̄diorū antea soluebant̄/ nisi cum
eisdē ecclesijs aliter ducerent cōponendū/dictus p̄decessor no-
ster/q2 sperabat vt ecclesiarū p̄lati ꝓniores ꝛ efficaciores exi-
sterent/ad exhibendū de suis malefactorib⁹ iusticie cōplemen
tum/ꝛ eorū priuilegia diligētius ꝛ p̄fectius obseruarēt/ statu-
tum hmōi gratū habētes ꝛ ratum/hoc ad alios regulares qui
similib⁹ gaudent p̄uilegijs extendi voluit ꝛ mādauit. Sed qđ
dolētes referimus res in cōtrariū est versa/sicut ex graui quere
la dilecti in christo filij Johānis abbatis cisterciēn̄/ necnō alio
rū abbatū/priorū/abbatissarū nobis innotuit. Nōnulli ecclesi
arū p̄lati/archiep̄i/ꝛ ep̄i/ꝛ alij clerici/eorū priuilegia temere cu-
pientes/ꝛ cōtendētes/maliciose ipsoꝝ p̄uertere itellectū/ ip̄os
ꝛ ipsas/ac cōuentus ꝛ monasteria grangiasq̄ inquietāt multi
pliciter. Nam cū sit ipsis ac p̄fato ordini indultū vt de nouali-
bus que ꝓprijs sumptib⁹ excolunt/ siue de ortis/ virgultis/et
piscationib⁹ suis/vel de suoꝝ animaliū nutrimētis/nullus ab
eis decimas exigere vel extorquere p̄sūmat. Quidā p̄uerso in-
tellectu cōficto dicentes quod hec non possunt nec debent in-
telligi/nisi de his que sunt ante generale cōciliū acquisita/ ip-
sos ꝛ dictū ordinē ac monasteria dicti ordinis grangiasq̄ in ge
nere ꝛ in specie sup̄ his multiplici vexatione fatigant. Nos em̄
ꝓpagationē ordinis/ꝛ tranquillitatē p̄fatoꝝ abbatū/ priorū/
abbatissarū/ꝛ cōuentuū dicti ordinis intēsis desiderijs affectā
tes/p̄fatis ꝛ pluribus alijs fauoribus ꝓsequi gratie amplioris
eorū supplicationibus inclinati de speciali gratia/ necnō ex cō-
sideratiōe nōnullorū regū ꝛ principū q̄ nobis suas destinarūt

43

litteras cōcedentes/vniuersitati,vestre p aplica scripta mādamus quaten⁹ dictū abbatē ꝛ oēs ꝛ singulos/abbates/priores/abbatissas/ꝛ oia ꝛ singula monasteria/ꝛ singulares psonas dicti ordinis p̄sentia ꝛ futura/vbicūq₃ p tēpore ɔsistētia/ a p̄stariōe decimaꝝ/tā de possessionib⁹ habitis añ ꝛ post ɔciliū memoratū/quā de cetero habēdis/ ꝛ tā de nouaelib⁹/siue añ/siue post ɔciliū hmōi acqsitis/ꝛ acqrendis/q̄ pprijs sumptibus excolunt/seu excolēt/q̄s alias quōcūq₃/vel qualitercūq₃ excolant ꝛ etiā de illis possessionib⁹ de quib⁹ aliquis hactenus pcepit/necnō de ortis/virgultis/ꝛ piscationib⁹ suis/ꝛ de suoꝝ animaliū nutrimētis/singuli vestrū oino seruetis immunes. Cōtradictores p censurā ecclesiasticā appellatione postposita copescendo/inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularꝫ/quibuscūq₃ ɔstitutionib⁹/ordinationib⁹/aplicis ꝛ alijs in ɔtrariū editis/etiā iuramēto cōfirmatione aplica vel quacūq₃ firmitate alia roboratis nō obstantib⁹. Nulli ergo oino hominū liceat hanc paginā nostre volūtatis ꝛ ɔcessionis infringere/ vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis aūt hoc attēptare p̄sūpserit/indignationē omnipotētis dei/ꝛ beatorū Petri ꝛ Pauli aplorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud sanctā Mariam maiorem. Nono kl. Octobris. Pontificatus nostri Anno septimo.

Eiusdē. Qꝫ nulli monasterijs ordinis p̄sidēn pn̄t illa simplicitꝛ dimittere/vel cā permutatiōis relinq̄re/vt alijs monasterijs p̄ficiantꝛ/nisi obtēta capl'i generalꝫ licētia.



Artinus Episcopus seruus seruorū dei. Dilectis filijs cistercieñ Cabiloneñ diocesis/ceterorūq₃ ordinis cistercieñ monasteriorū abbatibus et conuentibus. Salutē ꝛ aplicam benedicti-

onē. Sacre religionis sub qua deuotū et sedulū exhibetis dño famulatū promeretur honestas vt illa vobis fauorabiliter concedamus/ per que statui et cōmodo vestri ordinis salubriter cōsulatur. Hinc est quod nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati/ vt nulli quicūque monasterijs/ aut quibusuis alijs locis conuentualibus dicti ordinis nūc vel pro tempore presidentes/ vel illa obtinētes monasteria vel loca huiusmōi/ vt ipsi inde alijs monasterijs vel locis dicti vel alterius ordinis preficiant/ vel de locis ipsis eis prouideatur/ simpliciter vel ex causa permutationis dimittere et alijs prefici/ vel ea obtinere valeant/ nisi super hoc per eos primitus petita et obtenta a capitulo generali/ et alias fm statuta et ordinationes dicti ordinis/ vel sede aplica de presentibus faciente specialē et expressam de verbo ad verbū mentionē/ licentia speciali/ quouismodo valeāt/ vobis auctoritate apostolica de speciali gratia tenore presentiū indulgemus. Decernentes ex nunc irritū et inane si secus super his a quoquā quauis auctoritate sciēter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo oīno hominū liceat hanc paginā nostre cōcessionis et cōstitutionis infringere/ vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit/ indignationē omnipotētis dei/ et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Constantie. v. Idus Decembris. Pontificatus nostri Anno primo.

Iste pōtifex cōcessit ordini quod cōseruatores et eorum executores/ ac notarij et tabelliones possunt exequi litteras apostolicas/ et suam iurisdictionē absque litteris de vidimus/ seu placet/ per episcopos seu eorū officiales dandas. Et hanc prouisionē confirmat dñs Eugenius papa. iiij. vide suo loco.

Decretū concilij Basilieñ. de prouisiones pastorū in ecclesijs cathedralibus monasterijs et ecclesijs collegiatis/ ac dignitati-

bus electiuis solũ fiant p electionẽ colle-
giorum et cõuentuũ/ scdm iuris dispositi-
nem/ que saltẽ in nonnullis religionibus
necessario requirit psentiá superioris fi-
ant reseruationibus cessantib9. Et ibi de
cerimonijs obseruandis in electionibus
faciendis.



Acrosancta Generalis syno-
dus Basilieñ in
spiritusancto legitime cõgregata vniuersa-
lem ecclesiã repsentans/ Ad ppetuã rei me-
moriã. Sicut in cõstruenda domo precipua
est architectoris cura vt tale iaceat funda-
mentum sup quo firmũ pduret edificium.
Ita in generali ecclesie reformatiõe potissimũ est hui9 sancte
synodi studiũ/ vt tales ecclesijs pficiãtur pastores qui tanq̃ co
lumne et bases ipsam ecclesiã doctrine ac meritoꝝ viribus fir-
miter subsistent/ quãta aũt in eligendis platis diligentia adhi
benda sit officiũ eis iniunctũ euidenter ostẽdit. Ad regimẽ eñ
assumunt animarũ p quibus dñs noster Jesus christ9 mortu9
est/ et sanguis ei9 pciosus effusus. Propterea sacri canones spi-
ritu dei pmulgati puide statuerũt/ vt vnaquaq̃ ecclesia ac col
legium seu cõuentus sibi prelatũ eligant/ quib9 hec sancta Sy
nodus eodẽ spiritu cõgregata inherens statuit et diffinit gene
ralẽ reseruationẽ omniũ ecclesiaꝝ metropolitanarũ/ cathedra
liũ/ collegiatarũ/ et monasteriorũ/ ac dignitatũ electiuarũ per
Romanũ pontificẽ de cetero fieri aut facta vti nõ debere reser
uationib9 in corpore iuris clausis/ et his quas in terris Romañ
ecclesie ratione directi seu vtilis dominij mediate vel imedia-
te subiectis fieri ptigerit semp exceptis/ sed quod p electiones
ac cõfirmationes canonicas sm iuris cõmunis dispositionem

ꝑdictis Metropolitañ/cathedralib⁹/monasterijs/ꝛ collegiatꝭ ecclesijs/ac dignitatib⁹ electiuis vacantib⁹ debite ꝓuideat/nō derogando ꝓpterea statutis/ꝓuilegijs ꝛ cōsuetudinib⁹ rationabilib⁹ q̄buscūq̄ꝫ/postulationibus in dispositione iuris communis remanētib⁹/decernitq̄ꝫ hec sancta synodus rationi fore cōsentaneū ꝛ reipublice accōmodū/vt cōtra hoc salutare decretū Roman⁹ pontifex nihil attēptet/nisi ex magna rationabili ꝛ euidēti causa in litteris ap̄licis nominatim exprimenda. Et vt eo firmius hoc salubre decretū custodiat/vult eadē sancta synodus vt inter alia que Roman⁹ pontifex in sua assumptione ꝓfitebit iuret decretū hoc inuiolabiliter obseruare. Et q̄m tales vt ꝑdictū est oportet esse p̄latos hi ad q̄s ius ꝑtinet eligēdi oēm curā adhibeāt/vt dignā corā deo ꝛ hoībus electionē faciāt/exactāq̄ꝫ ꝓuide apponant sollicitudinē vt tales eligāt q̄ tanto officio valeāt satisfacere. Sciētes q̄ꝺ si dolose vel negligēter ac timore dn̄i postposito i re tā graui se gesserint/sicut auctores erūt ꝛ causa maloꝝ pastoꝝ ita participes fient penarū quas ipsi mali pastores in districto dei iudicio patient/ ꝛ cū hūane fragilitatis conat⁹ nihil sine omnipotētis dei suffragio queat efficere a quo omne datū optimū/ꝛ omne donū ꝑfectū descēdit aduenīēte die electiōis hi ad q̄s pōtificis vel abbatis spectat electio in ecclesia ꝯueniāt magna cū deuotione missā de spiritusctō audituri/quē hūiliter exorabūt vt eos ad dignū eligendū pastorē inspirare digne/ꝛ vt eo facili⁹ gratiā hanc obtinere mereant/quo deuoti⁹ ad actum electionis accedent ꝯtriti ꝛ ꝯfessi sacramētū eucaristie reuerēter suscipiēt. Ad locū vero electiōis ingressi ꝓ quocūq̄ꝫ p̄lato qui ꝑ electionē assūmūtur iurabūt in manu ei⁹ qui cap̄lo p̄sidebit/ꝛ ipse p̄sidēs in manib⁹ eū imediate sequeñ sub hac forma. Ego. N. iuro et ꝓmitto oīpotēti deo ꝛ tali sancto/vel sancte sub cui⁹ vocabulo dedicata est ecclesia/eū eligere quē credā futurū ecclie in spiritualib⁹ ꝛ tēporalib⁹ vtiliorē/nec illi vocē dare quē verisimilit sciuero ꝓmissione aut datiōe alicui⁹ rei tēporalis/ seu prece/ ꝑ se aut aliū interposita/aut alias qualitercūq̄ꝫ directe vel indirecte ꝑ se electionē ꝓcurare. Idē iuramentū prestet cōfiteatq̄ꝫ

⁊ cõmunicet/qui cõstituit ꝓcuratorẽ ad eligendũ certã ꝑsonã/ necnõ ꝓcurator generaliter ad eligendũ cõstitutus in casibus in quib⁹ ſm iuris cõmunis dispositionẽ in hmõi electionis negocio ꝓcurator constitui potest/quod etiã iuramentũ ꝑstet ab his in quos cõtinget sup electione futuri prelati fieri cõpromissum/qui etiã cõfiteri ⁊ cõmunicare teneant/qđ si predicta non fecerint ꝓ illa vice eligendi sint ipso iure ptãte priuati. Deinde eligãt in prefatũ prelatũ virũ etatis legitime/moribus grauẽ/litterarũ scientia preditũ/in sacris ordinibus cõstitutũ/⁊ alias idoneũ ſm canonicas sanctiones. Qđ si aliter ⁊ de alia ꝑsona quã vt p̄dictũ est/aut ꝑ symoniacã prauitatẽ electionẽ fieri cõtigerit electio sit ipso iure irrita ⁊ inanis/⁊ sic symoniace eligẽtes preter alias penas ꝑpetuo sint ipso facto iure eligẽdi ꝓuati/alij vero canonicis penis subiaceãt/symoniaci aũt electi ⁊ q̄ hmõi symoniace electionis participes fuerint taliterq̃ eligentes ⁊ ↄfirmati in horrorẽ tanti criminis/penã ipso facto excõis incurrãt/nec a tali reatu ⁊ excõicatione electi ⁊ cõfirmati absolui possint/nisi ecclesijs ⁊ dignitatibus ad quas turpiter assumpti sunt libere resignauerint/⁊ ad eas obtinẽdas quas nefario ingressu adepti sunt ꝑpetuo reddant inhabiles. Ad tollendũ autẽ omnẽ ambitionis radicem obsecrat ꝑ viscera miscđie Jesu christi hec sancta synodus ac instãtissime exhortat reges/et principes/cõmunitates/⁊ alios cuiuscũq̃ gradus ⁊ dignitatis existant ecclesiastice vel mũdane/ne electorib⁹ litteras scribãt/aut preces porrigãt ꝓ eo q̄ ꝑ se vł aliũ tales preces seu litteras ꝓcurabit/multoq̃ minus cõminationes/impꝛ̃ssiones/ aut aliud faciant quominus libere ad electionẽ ꝓcedatur/similiter in virtute sancte obediẽtie ipsis electorib⁹ p̄cipitur ne ad hmõi litteras/vel preces/cõminationes/ vel impꝛ̃ssiones vt p̄mittitur quenquã eligere p̄sumant. Facta aũt electione ⁊ ei ad quẽ ius ꝑtinet cõfirmandi p̄sentata si appareat coelect⁹/ vel se opponẽs electioni nominatim vocet ad videndũ discuti electionis negociũ/⁊ nihilomin⁹ generaliter edictũ publicũ in eccłia in qua facta est electio ꝓponat iuxta ↄstitutionẽ felicis recordationis Bonifatij pape. viij. Cõparẽtib⁹ aũt aliquib⁹/ vel nõ/ nihilo-

minus ipe cōfirmator ex officio tanꝙ in negocio inquisitionis
ꝓcedet/omnē adhibiturꝰ diligentiā/vt tā forma electiōis quā
merita electi ⁊ omnes circūstātie debite examinent̃ ⁊ discutiā-
tur/⁊ si electio cōfirmāda sit vel informāda iudicialiter ꝯfirme-
tur vel infirmet̃. Et vt oīa munde ⁊ sine labe ac labis suspitio-
ne ꝓcedant/nō solū exigere aliquid quātūcunꝙ paruū/sed eti
am gratis oblata cōfirmator ratione cōfirmationis sub nomi-
ne subiectionis/subsidij/gratitudinis/aut alio colore pretextu
cuiusuis cōsuetudinis/aut priuilegij ꝑ se vel aliū recipere p̄su-
mat. Notarijs aūt ⁊ his qui scripserūt in hmōi causis emolu-
mentū aliquod moderatū taxet̃/habēdo respectū ad laborē et
opera scripture/nō ad fructū prelature valorē. Si vero ꝯfirma
tores p̄dicti/electiones nō seruatis supius ordinatis/⁊ de ꝑso-
nis nō idoneis vt p̄mittit̃ factas/vel alias ꝑ symoniacā praui-
tatē cōfirmauerint/ eoipso cōfirmatiōes hmōi sint nulle. Con-
firmātes aūt alias ꝑsonas quā supradictū est ꝓ ea vice ꝑ symo
niacā autē labē ꝑpetuo ipso facto iure cōfirmandi sint priuati.
Et nihilominꝰ ꝓpter dictā symoniacā labē si eā cōmiserint eti
am sententiā excōicationis incurrāt eoipso. A qua nisi ꝑ Ro-
manū pontificē/preter ꝙ in mortis articulo absolutiōis bene-
ficiū obtinere nō possint/Sūmū vero pontificē hec sancta sy-
nodus exhortat̃ vt cū speculū ⁊ norma omnis sanctitatꝭ ⁊ mū-
dicie esse debeat/ꝓ cōfirmatione earū electionū quas ad eum
deferre cōtingerit nihil penitus exigat aut recipiat. Alioquin
si secus faciēdo notorie ⁊ incorrigibiliter ex hoc ecclesiā scanda
lizet futuro cōcilio deferatur. Pro oneribꝰ aūt que ipum ꝓ re-
gimine vniuersalis ecclesie subire oportet/ ꝓꝙ sustētatiōe sctē
Romañ ecclie/cardinaliū/⁊ alioꝝ necessarioꝝ officialiū/hoc sa
crum conciliū ante sui dissolutionē omnino debite ⁊ cōgruēter
ꝓuideat/qđ si cōtingat aliquā circa hoc ꝓuisionē non facere ꝑ
hoc eadem sancta synodus nō intēdit in aliquo p̄iudicare sanc
te Romañ ⁊ vniuersali ecclesie/nec alteri cuicūꝙ. Datum Ba-
silee in Sessione publica solenniter celebrata in maiori eccle-
sia. iij. Idus Iulij. Anno A natiuitate dñi Millesimo quadri
gentesimo tricesimo tertio. k 4

76

Hec sacrosancta synodus Basilieñ ꝯfirmat de verbo ad verbũ priuilegiũ dñi Bonifatij pape. viij. Q: ꝓfessionis ordinis non licet appellare/ vide vbi Bonifati⁹. viij.

Similiter cõfirmat de verbo ad verbũ ꝑuilegĩ dñi Johãnis pape. xxiij/ ꝛ illud inouat qđ icipite Illa q̃ ꝓ statu vbi ꝯfirmat cõseruatoria ꝯcessa ordini ꝑ dominũ Clementẽ papam. v. que incipit. Et si quibuslibet.

Cõfirmatio oĩm libertatũ gratiarũ imunitatũ ꝓrogatiuarũ ꝯsuetudinũ laudabiliũ ꝛ ꝑscriptarũ indulgentiarũ/ priuilegioꝝ/ ꝛ indultorũ a Romanis põtificib⁹ ꝑ aplicas/ aut alias quascũq̃ lr̃as/ necnõ libertatũ ꝛ cõsuetudinũ laudabiliũ exemptionũ/ ꝛ saluagardiarũ secularium exactionũ/ a quibuscũq̃ regib⁹/ vel christifidelib⁹ ordini ꝛ monasterijs concessarũ.



Acrosancta Generalis synodus Basilieñ in spũsancto legitime cõgregata vniuersalẽ ecclesiã repñsentans. Dilectis eccl̃ie filijs abbati Cistercij/ eiusq̃ coabbatib⁹ ꝛ cõuentibus ac monasterijs vniuersis ordinis Cisterciensi Salutẽ ꝛ oĩpotẽtis dei benedictionẽ. Cũ a nobis petitur qđ iustũ est ꝛ honestũ tã vigor equitatis q̃ ordo exigit rationis/ vt id ꝑ ministeriũ nostrũ quo vniuersali eccl̃ie afficimur ad debitũ ꝑducat effectum. Sane ꝑ parte vestra nobis hũiliter supplicatũ fuit quaten⁹ vobis ꝛ ecclesijs ac monasterijs vestris sup ꝑuilegijs/ indulgẽtijs/ bonis/ libertatib⁹/ im

fo. 75.

munitatibus/cõsuetudinib⁹ honestis ꝛ p̄scriptis dudū vobis cõcessis/vt illibata ꝑmaneāt robur nostre ꝯfirmatiõis ꝛ renouationis adijcere de benignitate nostra dignaremur. Nos igitur qui ꝓ tuitione ꝛ defensione ecclesiarū bonoꝝ ꝛ cõsuetudinū p̄scriptarū ac ꝑsonarū ecclesiasticarū feruēter laboram⁹ huiusmodi supplicationib⁹ inclinati/ omnes libertates/ gratias/ imunitates/p̄rogatiuas/cõsuetudines laudabiles ꝛ p̄scriptas indulgētias/bona/priuilegia ꝛ indulta a Romanis pontificibus ꝑ aplicas aut alias quascūq; litteras vobis ꝛ ecclesijs ac monasterijs vestris p̄dictis concessas ꝛ cõcessa/necnõ libertates ꝛ cõsuetudines laudabiles /exēptiones ꝛ saluagardias secularium exactionū a quibuscūq; diuis impatorib⁹/regib⁹/principibus/vel alijs christifidelibus vobis ꝛ eisdē vr̄is ecclesijs ac monasterijs indultas datas ꝛ ꝯcessas tenores oim habētes p̄sentib⁹ ꝓ exp̄ssis sicut ea iuste ꝛ pacifice possidetis vobis ꝛ eisdē vr̄is ecclesijs ac monasterijs aucte nostra ꝯfirmam⁹/ illasq; ꝛ ea renouam⁹ ꝛ p̄sentis scripti patrocinio cõmunim⁹. Nulli ergo oino hoim liceat hanc paginā nr̄e cõfirmationis/ renouatõis/ ꝛ cõmunitiõis infringere/vel ei ausu temerario ꝯtraire. Si quis aūt hoc attēptare p̄sumpserit/indignationē oipotentis dei/ ꝛ vniuersalis ecclesie se nouerit incursurū. Datū Basilee.x.kl. Martij. Anno a Natiuitate dn̄i M.cccc.xxxv.

Cõfirmatio decreti irrefragabilis domini Martini pape.v. Ne aliq̄ ordis nr̄i ꝓfessi/etiā p̄textu q̄rūcūq; lr̄arū sedis aplice vel legatorū ei⁹/ aut q̄ vi alia rõe ad aliquē aliū ordinē p̄ter cartusien̄ sine spālis capl'i generalis vl' abbatis cistercij licētia ꝛ ꝯsensu trāseant/aut eoꝝ abbates hmõi licentiam dare p̄sumant.

77



Acrosancta Generalis synodus Basilieñ in spũsancto legitime cõgregata vniuersalẽ ecclesiã rep̃sentans. Ad perpetuã rei memoriam. Dilectis ecclesie filijs Cistercieñ Cabiloneñ diocesis/ceterisq; monasterioꝝ ꝛ locorũ cistercieñ ordinis abbatibꝰ ꝛ cõuentibus Salutem ꝛ omnipotẽtis dei benedictionẽ. Sincere deuotionis affectus quẽ ad vniuersalẽ ecclesiã in vinea dñi etiam nobiscũ laborantes geritis nõ indigne meretur vt petitionibꝰ vestris in his p̃sertim ꝑ que iura ꝛ libertates vestre vtilius ꝯseruent̃ fauorabiliter ãnuamꝰ. Sane ꝓ parte vr̃a nob fuit hũiliter supplicatũ/ vt lr̃as felicis recordatiõis Martini pape. v. quarũ tenorẽ de verbo ad verbũ presentibꝰ inseri fecimus cũ ille ex accidente casu fortuito in parte destructe noscãtur innouare dignaremur. Quarũ quidã litterarũ tenor talis est. Martinus Ep̃s seruus seruorũ dei. Ad perpetuã rei memoriã. Experientia ipsa docet quod cũ qui ea vocatiõe qua sunt vocati nõ contenti/ priore vocatiõe derelicta se in vocationes recipiũt alienas/nunquã vel raro fructum bonũ afferunt/qui potius tam his quos reliquerunt quã illis quibꝰ vltimo adheserunt multiplices causas magni scandali ꝛ opprobrij subministrant/ ꝛ ꝓpterea/ac affectione ꝛ deuotione precipuis quas ad ordinẽ Cistercieñ gerimus merito inducimur vt quieti dilectorum filiorum Cistercieñ Cabiloneñ diocl/ ꝛ alioꝝ eiusdẽ ordinis monasteriorũ abbatũ ꝛ conuentuũ consulamꝰ ꝛ scandalis tam eorũ q̃ aliorum religiosorum quãtũ cum deo possumus occurramus. Sane sicut nuper ex relatione ꝓ parte dictorũ abbatũ ꝛ ꝯuentuũ coram nobis deducta cũ nõ parua mentis displicentia accepimus/nõnulli dicti ordinis professores/vel vt sic debite obedientie iugũ euadant/vel laxius viuere valeant/frugis vite melioris/aut alijs prima facie honestis apparentibus causis p̃tensis/de dicto ordine etiã pretextu litterarũ sedis ap̃lice seu legatorũ eius super hoc impetratarũ/aut alias temere, ꝑut hoc cautelosius colorare possunt/ad alios or

dines se transferūt/ ⁊ plerūq; in hmōi alijs ordinib⁹ parrochia
liū ecclesiarū/ aut alioꝝ beneficiorū ecclesiasticorū magis ping
uiū quā in ipso Cistercieñ ordine habere possunt regimina ꝓ-
curant/ interdū vero bona mobilia monasterioꝝ a quib⁹ rece-
dunt secū furtim asportant/ ⁊ vt plurimū vitā ducunt dissolu-
tā/ in graue aiarum suarū ꝑiculū/ diuine maiestatis offensam/
⁊ hmōi ordinū opprobriū/ necnon dānū ⁊ scandalū plurimoꝝ.
Nos igit̃ ꝓ debito officij pastoralis nobis diuinit⁹ iniuncti su
per his salubriter ꝓuidere volētes/ auctoritate aplica presenti
ꝑpetua ⁊ irrefragabili cōstitutione ꝓhibemus ne aliquis dicti
cistercieñ ordinis ꝓfessor/ etiā p̃textu quarūcūq; litterarū p̃dic
te sedis seu legatoꝝ eius/ aut alias quouis q̃sito colore/ ad ali
quē aliū ordinē/ fratrū cartusieñ ordine dūtaxat excepto/ sine
spāli generalis capli dicti ordinis/ vel abbatis cistercieñ ꝓ tpe
existētis licentia ⁊ cōsensu/ nisi ex legitima ⁊ iusta causa coram
ipso abbate vel generali ꝓcuratore dicti ordinis in Romañ cu
ria ꝓ tpe existente sufficiēter ꝓbata/ ac legitima ⁊ iusta repta/
transire quoquō p̃sumat. Transgressores em̃ ꝓhibitiōis hmōi
ad quecūq; officia ⁊ beneficia ecclesiastica tam p̃dicti cistercieñ
q̃ alterius ordinis ad quem se trāstulerint inhabiles esse/ p̃la-
tosq; ⁊ cōuentus monasteriorū ⁊ aliorum locorū ad quos pro-
fessores ipsi se transtulerint ⁊ recepti fuerint ad restitutionē et
satisfactionē omniū damnorū ⁊ interesse que dict⁹ ordo cister-
cieñ ex transitu ꝓfessorū hmōi ad alios ordines incurrerit ob-
ligatos ac astrictos esse volumus ⁊ decernim⁹ ꝑ p̃sentes/ cōsti
tutionibus aplicis ac statutis ⁊ cōsuetudinib⁹ monasterioꝝ et
ordini p̃dictoꝝ/ ⁊ alijs cōtrarijs nō obstātib⁹ quibuscūq;. Nul
li ẜ oino hoim liceat hanc paginā nostre ꝓhibitionis/ volūta-
tis/ ⁊ cōstitutionis infringere/ vel ei ausu temerario contraire.
Si quis autē hoc attemptare p̃sumpserit/ indignationē oipo-
tentis dei/ ⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli aploꝝ ei⁹ se nouerit incur-
surū. Datū Constantie Idus Januarij. Pontificatus nostri
Anno primo. Nos igitur huiusmodi supplicationibus incli-
nati prefatas litteras auctoritate vniuersalis ecclie inouam⁹/
volētes ⁊ auctē vniuersalis ecclie decernentes qd tenori hmōi

vbicunq; exhibitus fuerit vel ostensus in omnib⁹ stetur firmiter/ꝛ adhibeatur plena fides sicut eisdem litteris originalibus adhiberet si forent exhibite vel ostense. Per hoc autē nullum vobis de nouo ius acquiri volumus/sed antiquū dumtaxat si quod sit conseruari. Nulli ergo omnino hominū liceat hāc paginam nostre innouationis/volūtatis/cōstitutionis infringere/vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attemptare presumpserit/indignacionē omnipotentis dei/ꝛ vniuersalis ecclesie se nouerit incursurum. Datum Basilee. xj. kl. Aprilis. Anno a Natiuitate dn̄i M. cccc. xxxvij.

His tēporib⁹ inter alias ordinis plagas quidā frater Martinus de ordine sancti Hieronymi in Hyspania surrexit/qui mirabiles nouitates cōtra ordinis formā introduxit/puta ꝙ abbates essent annales/biennales/ꝛ triennales/ꝙ illi de eoꝝ cōgregatiōe/celebrarent capitulū generale ꝛ nulli de ordine/ nisi abbati cistercij obedirent/cui fauebāt Hyspani in curia/adherentes dn̄o Eugenio pape/iiij/qui tunc magnū portum habebat/ꝛ illis similiter aurem dabat/mirabilesq; lr̄as ap̄licas illis de illa secta expediri faciebat/ꝛ in monasterio mōtissyon principaliter suas nouitates exequebant/cōtra quos sancta synodus optimā dedit ꝓuisionē/deinde ipse Eugeni⁹ factus papa iiij. postmodū Nicolaus. v. deinde Calistus. iij. secuti sūt cassando ꝛ reuocādo oēs ꝛ singulas hmōi eoꝝ impetratiōes/que ꝓpter nimiā ꝓlixitatē non inserunt/sed in archiuis cistercij cū alijs multis custodiuntur.

Et istos postmodū imitati sunt religiosi de Caraualle Mediolanesi/ꝛ de Septimo iuxta Florentiā qui cōgregatiōes volūtarias facere nisi sunt/se reformatos ꝛ obseruātes noiantes/et suis factionibus multos sibi incuria procurantes/sed cunctas eoꝝ impetrationes post maximos labores ordinis cassauit/ꝛ reuocauit domin⁹ Innocētius papa. viij. verus ordinis amator/vt patet per bullā suam super hoc expeditā que in Cistercio similiter cōseruatur.

Priuilegi⁹ dñi Eugenij pape. iiij. Perpetuo decreto ꝙ nulli ad monasteria seu dignitates abbatiales ordinis eligant vel ꝓmoueantur/ aut in abbates pficiantur/ seu ad illa vel illas per cõuentus aut aliquos dicti ordinis supiores admitti possint/ nisi primo saltē ꝑ integrum annū in dicto ordine probati fuerint/ ⁊ in eo ꝓfessionē regularem ꝑ monachos dicti ordinis emitti solitam emiserint quibuscunqꝫ aliis ordinationibus apostolicis cõtrariis quibuscunqꝫ.



Eugenius Eps seruus seruorum dei. Ad ppetuā rei memoriā. Meditatio cordis nostri assidua ad hoc vigilat ⁊ intendit/ vt regulares ordines ⁊ loca religionis titulo insignita/ ꝓut illa indigere cõspicimus/ ad statū salubrē ⁊ debitū reducant/ ne qđ absit apice ꝓuisionis destituta suffragio/ desolationis subiaceāt detrimento. Exhibita siquidē nobis pro parte dilecti filij Johānis abbat⁹ monasterij cistercień Cabiloneń diocesis petitio cõtinebat/ ꝙ cū sepe ad pleraqꝫ monasteria Cisterciēń ordinis/ ⁊ eorū abbatiales dignitates nõnulli de plerisqꝫ mundi partib⁹/ ordinū diuersoꝝ ꝓfessi/ ⁊ qñqꝫ clerici seculares ordinamēta/ laudabiles cõsuetudines ⁊ statuta/ ac regularē disciplinā dicti ordinis ignorantes ꝓmoueri cõtingat/ ꝓpter q̄s taliter ꝓmotos statutorū hmōi ignaros scđm illa viuere/ vel eorū sub ditos ad viuēdū instruere nō valētes/ grauia nõnūqꝫ

in eodē ordine scandala ⁊ detrimēta hactenus ꝓuenerūt/ac ꝓ
uenire timeaꝛ verisimiliter in futurū/ nisi suꝑ hoc aplīce sedis
ꝓuidentia suffragetur/ ꝓ parte dicti abbatis nobis fuit hūili-
ter supplicatū/ vt hmōi scandalis ⁊ detrimētis obuiare/ dictiꝫ
ordinis ⁊ eius salubriū institutorū directioni/ conseruationi/⁊
statui oportune prouidere de benignitate aplīca dignaremur.
Nos igiꝛ qui religiosarū ꝑsonarū quietē/ac piorū locorū con-
seruationē/augmentū/⁊ pacē ꝓcurari ⁊ ꝓpagari intensis desi-
derijs affectamus/hmōi supplicationibꝰ inclinati/ hac ꝑpetua
sanctiōe statuimꝰ ⁊ etiā ordinamꝰ qđ de cetero ad monasteria
siue dignitates abbatiales dicti ordinis nulli eligaꝛ/ seu etiā
ꝓmoueaꝛ/aut in abbates ꝑ̄ficiaꝛ/seu ad illa vel illas ꝑ con-
uentus ⁊ alios dicti ordinis suꝑiores admitti valeant ⁊ admit
tantur/nisi ꝑ̄mo saltem ꝑ integrū annū in dicto ordine ꝓbati
fuerint/⁊ in eo ꝓfessionē ꝑ monachos eiusdē ordinis emitti so
litam emiserint regularē. Decernētes quorūcūꝫ electiones si-
ue ꝓuisiones/aut ꝓmotiones/ quomōcunꝫ ⁊ qualitercunꝫ/
ac quauis auctoritate factas/irritas ⁊ inanes/nulliusꝫ existe-
re roboris vel momēti/cōstitutionibus ⁊ ordinationibus aplī-
cis/ceterisꝫ cōtrarijs nō obstantibus quibuscūꝫ. Nulli ergo
oino hominū liceat hanc paginā nostre ꝯstitutionis ⁊ sanctio-
nis infringere/vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis aūt hoc
attemptare ꝑ̄sumpserit/indignationē omnipotētis dei/⁊ bea-
torū Petri ⁊ Pauli aplōrum eius se nouerit incursurū. Datū
Ferrarie. Anno Incarnationis dñice M. cccc.xxxviij. Idus
Decembris. Pontificatꝰ nostri Anno occauo.

Eiusdē. Perpetuū decretū. Vt de cetero
nullus abbas ordinis monasteriū cui ꝑ̄-
est absꝫ licentia ⁊ assensu capituli genera
lis resignare/aut illius regimini seu admi
nistrationi bonorum cedere quoquomō

possit/nisi dumtaxat hoc faciat in cõsisto-rio secreto põtificis/ ⁊ nõ alibi. Et ꝙ resig nationes abbatū aliter facte/ aut faciēde/ seu ꝓuisiones inde secute nullius robo-ris existant. Et nihilominus aliter resig-nantes/ ⁊ alij se virtute huiusmodi resig-nationū aut ꝓuisionū inde sequentiū in monasterijs intrudentes/ vel de regimi-ne se quoquō intromittētes excōcationis sententiā incurrant/ nō nisi ꝑ Romañ pō-tificem absoluendi.



Eugenius Episcopus seruus ser uorum dei. Ad ꝑpetu am rei memoriā. Ecclesiarū ⁊ monasteriorū cura nobis superna dispositione commissa angimur ⁊ quotidiana sollicitudine perurge mur/ vt illa eo ꝓuidentie studio gubernen-tur quo cordium scrutator almificus nihil in eis inueniat nota dignum. Cum itaqꝫ sicut exhibita nobis nuper ꝓ parte dilectorum fi-liorum Johannis abbatis monasterij Cisterciēñ/ Cabiloneñ diocesis ceterorumqꝫ cisterciēñ ordinis monasteriorum abba-tum petitio continebat. Nōnulli eiusdē ordinis monasteriorū abbates illa quibus ꝑsūt interdū minus honeste/ minusqꝫ de-bite gubernātes/ ⁊ vitā ducentes penitus dissolutā/ vt eiusdē ordinis correctiones effugiant ⁊ euitent inconsultis eorū con-uentibus/ pactisqꝫ tractatibus ⁊ cōuentionibꝰ inhonestis me-diātibus in Romañ curia/ vel in partibus etiā corā notarijs ⁊

fide dignis honestisq; ꝑsonis frequēter resignēt ac cedant/ ac
ꝑsonas indignas ⁊ insufficiētes/ q̄nq; etiā clericos aut p̄sbyte-
ros seculares/seu alioꝝ ordinū religiosos/qui disciplinas ⁊ ob
seruātias ac statuta ⁊ cōsuetudines dicti ordinis ignorātes eo
rum monachos in illis instruere nesciūt/ ⁊ illos ad eorū obser-
uantiā inducere nō curant/ad dicta monasteria ꝑ sedem apl̄i-
cam ꝓmoueri/ipsorūq; resignationes ⁊ cessiones cōfirmari ꝓ-
curent/ ꝓpter que monasteria ipsa inutilibus cōmissa rectori-
bus grauia sustinent in spiritualib⁹ ⁊ tēporalibus detrimenta
in nō modicū monasteriorū ⁊ ordinis p̄dictoꝝ p̄iudiciū ⁊ dam
num/ac scandalū plurimorū. Nos igitur quorū interest hm̄oi
morbo pestifero ꝓuidere/⁊ scandalis obuiare volentes/hac ꝑ-
petua sanctione statuim⁹ ⁊ ordinamus/ q̄ de cetero nullus ab-
bas ordinis p̄libati monasteriū cui preest absq; eiusdē ordinis
generalis capituli licentia ⁊ assensu resignare/aut illi⁹ regimi-
ni seu administrationi bonoꝝ cedere quoquomō possit/nisi so
lū ⁊ dum taxat in casu quo aliquis ex hm̄oi abbatib⁹ in mani-
bus nostris aut successorū nostroꝝ Romanī pontificū canoni-
ce intrantiū in cōsistorio nostro secreto/ ⁊ nō alibi/ suū mona-
sterium resignaret/taliq; monasterio sic resignato in eodē cōsisto
rio ⁊ nō alibi vel alio modo ꝓuideret/q̄oq; omnes ⁊ singule re
signationes ꝑ quoscunq; dictorū monasterioꝝ abbates/ alibi
vel aliter facte que suū effectū plene nō sunt sortite/ ⁊ imposte
rum faciēde/seu ꝓuisiones inde secute vel sequēde/effectu ⁊ vi
ribus careant/nulliusq; roboris vel momēti existant/ipsiq; vt
p̄fertur alias vel aliter resignātes seu regimini hm̄oi cedentes/
⁊ alij quicūq; in monasterijs p̄dictis/aut aliquo ipsoꝝ virtute
hm̄oi resignationū aut ꝓuisionū inde secuturarū se intruden-
tes/ vel de regimine eorūdē se quoquomō intromittētes/ ex-
cōis sententiā a qua nō nisi ꝑ Romanū pōtificē/preterq; in mor
tis articulo cōstituti/absolui valeant incurrāt ipso facto. Con-
stitutionibus ⁊ ordinationib⁹ apl̄icis/ac statutis ⁊ cōsuetudi-
nibus monasterioꝝ ⁊ ordinis p̄dictoꝝ ⁊ alijs cōtrarijs nō ob-
stantib⁹ quibuscūq;. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc
paginā nostre cōstitutionis ⁊ ordinatiōis infringere/vel ei au-

su temerario cōtraire. Si quis autē hoc attēptare p̄sumpserit/ indignationē omnipotētis dei/ ⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli aplorum eius se nouerit incursurū. Datum Florentie Anno incarnationis dñice M.cccc.xxxviij. Pridie Idus Martij. Pontificatus nostri Anno nono.

Eiusdem. Q abbates ordinis ap̄lica vel alia qua vi auctoritate ꝓmoti abbati cistercij/ qui generalis hic dicitur/ ⁊ ceteris/ visitatoribus/ reformatorib⁹/ ac superioribus ordinis subijciūtur oīno sicut alij ꝑ ordinē promoti. Cōtrariū presumētes sententia excōicationis late hic feriūtur.



Ugenius Ep̄us seruus seruorū dei. Ad futurā rei memoriā. Ad vniuersalis ecclesie regimen licet insufficientib⁹ meritis diuina disponēte clementia deputati nō possumus non turbari/ cū monasteria ⁊ alia loca regularia sentimus in aliqua parte ledi/ sed tunc ꝑfecto acerbiori dolore ꝯfodimur cū vbi speciosiora esse solent enormi⁹ deformant. Sane ꝑ parte dilecti filij Iohānis abbatis monasterij Cisterciē Cabilonen̄ diocesis exhibita nobis nuꝑ petitio ꝯtinebat/ ꝙ nōnulli cisterciē ordinis abbates/ alij videlicet se ad abbatiales dignitates q̄s obtinent ꝑ ap̄licam sedē ꝓmotos. Alij vero electiones de eis ad dignitates sil'es factas/ ⁊ ꝑ sedem fuisse confirmatas eandē asserentes/ ⁊ eo p̄textu se fore exēptos ad capitula generalia dicti ordinis accedere/ visitatorib⁹ quoqꝫ ⁊ reformatoribus ordinis eiusdē parere negligunt ⁊ recusant/ p̄dictū abbatē generalē/ visitatores ⁊ reformatores hmōi cōtēnentes/ in ipsoꝝ vili-

pendiū/ac scandalū totiꝰ ordinis nō modicū ⁊ iacturā. Quare ꝓ parte dicti abbatis nobis fuit hūiliter supplicatū/ vt sup̱ his oportune prouidere de benignitate aplica dignaremur. Nos itaq̧ q̄ ordinū ⁊ monasterioꝝ quorūlibet curā gerimꝰ generalē quorūq̧ interest sup̱ talibꝰ ꝓuidere cupieñ/ vt ordo ipe ⁊ illiꝰ ꝑsone p̄sertim in dignitatibꝰ cōstitute in caritatis ⁊ obedientie vinculo cū abbate p̄fato/ ⁊ alijs eoꝝ sup̱ioribꝰ se ꝯformēt/ eisq̧ iuxta statuta ⁊ ordinatiōes ac laudabiles consuetudines dicti ordinis pareāt ⁊ intendāt/ aucte aplica/ tenore p̄sentiū declaramꝰ q̄scūq̧ ordinis p̄fati abbates/ aplica vel alia quauis aucte ꝓmotos/ illorū etiā quorū electiones ad abbatiales dignitates sunt eadē aplica vel aucte alia cōfirmate/ nullatenꝰ ꝓpter ꝓmotiones vel cōfirmationes hmōi ab abbate/ ordine/ visitatoribꝰ/ ⁊ reformatoribꝰ hmōi fuisse vel esse exēptos. Decernentes eos ⁊ q̄scūq̧ alios aplica vel alia quauis aucte hmōi de cetero ꝓmouendos/ ac etiā illos quorū electiones confirmari in futurū ꝯtigerit vt p̄ferꝭ eisdē abbati/ ordini/ visitatoribꝰ/ ⁊ reformatoribꝰ/ illorūq̧ correctionibꝰ ꝓut ante erāt subditi subiacere ⁊ oīno subesse. Nos eñ oēs ⁊ singulos qui p̄textu ꝓmotionis seu cōfirmationis de se facte hmōi p̄sūpserint rebellionis/ ꝯtemptiōis/ vilipēsionis/ aut inobediētie ꝯtra patrē abbatē/ ordinē/ visitatores/ ⁊ reformatores/ hmōi ꝓ tēpore existentes/ cornua eleuare/ excōis sentētie decernimus subiacere. Cōstitutionibꝰ ⁊ ordinationibꝰ aplicis ac monasterij ⁊ ordinis p̄dictoꝝ/ iuramēto/ ꝯfirmatōe aplica vel quacūq̧ firmitate alia roboratis/ statutis ⁊ cōsuetudinibꝰ cōtrarijs non obstantibus quibuscūq̧/ seu si ꝓmotis ⁊ cōfirmatis/ seu forsan ꝓmouendis ⁊ cōfirmādis hmōi vel quibusuis alijs cōmuniter vel diuisim a sede aplica sit indultū q̄d interdici/ suspendi/ vel excōicari nō possint ꝑ litteras aplicas nō facieñ plenā ⁊ expressam ac de verbo ad verbū de indulto hmōi mentionē. Et insup̱ irritū decernimus ⁊ inane si secꝰ sup̱ his a quoquā quauis auctoritate scienter vel ignoranter cōtigerit attēptari. Nulli ergo oīno hominū liceat hanc paginā nostre declarationis ⁊ cōstitutionis infringere/ vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attē-

ptare pꝛeſumpſerit/indignationē omnipotētis dei/ ⁊ beatoꝝ Petri ⁊ Pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit incurſurū. Datū Ferrarie Anno incarnatiōis dñice/M.cccc.xxxviij. Idus Decembris. Pontificatus noſtri Anno octauo.

Eiūſdē. Salutaris exhoꝛtatio ⁊ monitio ad capitulū generale vt male errata emēdent/et ſanctam religionis obſeruātiam cuſtodiant.



Ugenius Epūs ſeruus ſeruoꝝ dei. Dilectis filijs abbati Ciſtercij/ceteriſqꝫ abbatibus ⁊ monachis Ciſterciēſi oꝛdinis in generali capitulo apud ciſterciū cōgregatis. Salutē ⁊ aplīcam benedictionē. Inter ceteros in chꝛiſti eccleſia deo militantes monachoꝝ oꝛdines Ciſterciēſi oꝛdinē ſpeciali ſemꝑ caritatis affectu pꝛoſecuti ſumus/atqꝫ inherētes veſtigijs pꝛedeceſſoꝝ noſtroꝝ a quibus oꝛdo ipſe multis ⁊ magnis priuilegijs ac fauoꝛibus munitus ⁊ decoꝛatus extitit/ad ea indefeſſe pꝛoni ⁊ ꝓpitij fuimus que fauoꝛis augmentū/cōſeruationem ipſius oꝛdinis/ſalutem animarū ac ꝑſonarum eiuſdem/aut ipſi ꝑſpeximus/aut alias ꝑ alios reqſiti expediuiſſe ꝓ eius cōſeruatione cōperimꝰ. Cū autē vos ꝓut accepimus ſm oꝛdinis vr̄i cōſtitutiōes gnāle veſtri oꝛdinis caplm diebꝰ rogationū ꝓxie futurꝫ apud ciſterciū celebraturi ſitis/nos qm̄ qđ dolēter referimꝰ de abbibꝰ ⁊ monachis ac ꝑſonis monaſterioꝝ vr̄oꝝ ſepe graues q̄rimonias a diūſis ꝑſonis tā ex Hyſpaniaꝝ q̄ Galliaꝝ partibꝰ habuerimꝰ/ex debito nr̄i paſtoꝛal officij deuotionē vr̄am in dn̄o reqrimꝰ ⁊ hoꝛtamur q̄tenus ad hmōi note expurgationē ad ea ſtudioſe ⁊ diligēt velitis incūbē ꝑ q̄ timoꝛ dn̄i ſcūs in ꝑſonis eiuſdē oꝛdis vr̄i ꝑſeueret/reglarꝫ obſeruātie

neruus vigeat/ et caritatis vinculū totū ipsū ordinē cōplectatur/ hoc facile cōsequi poteritis collapsos nimiū mores tam generaliter q̄ specialiter abbatū/ monachorū/ et psonarū ipsius ordinis corrigendo/ nouas cōstitutiones saluberrimas edendo/ veteres tā pdecessorū nostrorum summorum pontificū q̄ ipsius ordinis vt stricti⁹ seruentur ordinādo et disponendo/ et ea que ad ius et honorē nostrū et aplice sedis ptinēt effectualiter obseruādo/ atq3 oia alia et singula faciēdo ad q̄ generalia capla hmōi a sanctis patrib⁹ instituta et ordinata esse noscunt. Sin aūt quod nō credim⁹ aliqui inter vos ad hec salutaria nra monita/ et vobis ex debito ordinis vri incūbentia executioni mādanda repugnātes/ aut min⁹ bene dispositi inuenirent/ nos aduersus hmōi psonas ne tot et tanta bona in vestro ordine impediant censuras ecclesiasticas/ debitos fauores/ et oportuna psidia q̄bus eorum temeritas cōpescat/ et alijs similia in futuris psumēdi facultas pcludat/ vestre deuotiōi pollicemur. Agite igit et habētes p oculis solū deū illa ipsa in hmōi celebratione capituli facere diligēter curetis/ ex quib⁹ exorte de monasterijs vris sinistre opiniones deleant/ ac laici qui vt accepim⁹ q̄nq3 pene cōpulsi fuerūt reformatiōi monasteriorum vestrorum man⁹ apponere exēplo vite et morū vestrorum bene edificent/ et ad que capla ipsa sunt adinuenta et instituta/ et quibus Cisterciē ordo felicia a nobis optata capiat incremēta/ ac vos demū post eterna premia apud nos et aplicam sedem dignis laudib⁹ ac fauorib⁹ potioribus decorari mereamini. Cōmisimus pterea dilecto filio Johāni abbati monasterij de Ouila in sacra pagina magistro et vestri ordinis in Romanā curia pcuratori generali aliqua circa pdicta/ deuotiōi vre ex nra parte referēda/ sup quib⁹ eidē psentiū latori volum⁹ tanq3 nobis plenā fidē a vobis impartiri. Datum Rome apud sanctū Petrum. Anno incarnationis dominice M.cccc.xliiij.xvj.kl. Aprilis. Pontificatus nri Anno quindecimo.

Eiusdem. Confirmatio puisionis ducū concesse p dominū Martinū papā.v.

Et conseruatores/iudices/ ⁊ executores pro directione causarum ⁊ negociorũ ordinis a sede apostolica deputati/ necnon notarii ⁊ tabelliones/ ⁊ alii quicunqꝫ ad hoc requisiti absqꝫ litteris de vidimꝰ/ seu de placet diocesanorũ ⁊ etiã absqꝫ licẽtia vel cõsensu quorũcũqꝫ p̄latorũ/ aut ordinariorꝫ/ vel officialiũ dictas litteras apl'icas suasqꝫ executiones quotiẽs requisiti fuerint exequi possint ⁊ debeãt. Nota q istud priuilegiũ est exp̄ssiꝰ quibusdã p̄cedentibꝰ in simi materia. Et Anno dñi M. cccc.xlix. dñs ep̄s Edueñ cardinalis p se ⁊ suos officiales vsum eiusdẽ priuilegii impedire nitebat in sua diocesi/ cui dñs cistercii restitit/ ⁊ in curia requestarũ Parisius sententiã ꝯtra ip̄m obtinuit/ A qua dñs cardinalis appellauit ad p̄lamentũ/ p quod ipse dñs cardinalis fuit cõdẽnatus ⁊ declaratũ q ordo hoc iure vti debebat. Sed quia sententia est multũ ꝓlixa/ ⁊ pro maiori parte verbis gallicis contexta hic omittitur ⁊ in archiuis cistercii cõseruatur.



Ugenius Epus seruus seruorũ dei. Dilectis filijs vni
uersis ꝛ singulis cõseruatorib⁹/iudicibus/et
executorib⁹ ꝓ directione causarũ ac negocio
rũ dilectos filios cistercij Cabiloneñ dioceß/
ꝛ alioꝝ vbilibet ꝯsistentiũ cistercieñ ordinis
monasterioꝝ abbates/ac cõuentus cõtingẽ-
tiũ/ꝑ aplice sedis litteras deputatis/ Salu-
tẽ ꝛ aplicam benedictionẽ. Humilibus suppli
cũ votis libenter annuimus illaqꝫ fauoribus ꝓsequimur opor
tunis. Dudũ siquidẽ felicis recordationis Martinus papa. v
p̄decessor noster litteras cõcessit tenoris subsequẽtis. **Mar
Philippus Miseratione diuina Epus Portueñ sacrosancte Romane ecclesie cardinalis. Uniuersis ꝛ singulis p̄sentes litteras siue p̄sens publicū trāsumpti instrumentū inspecturis/ visuris/ lecturis/ pariter ꝛ audituris. Salutē in domino ꝛ p̄sentibus fidem idubiā adhibere. Quia ratio exigit ꝛ equitas psuadet veritati testimoniū phibere. Idcirco ad vniuersitatis vestre ꝛ cuiuslibet vestrū noticiā deducimus/ ꝛ deduci volumus p psentes ꝙ supplicationē originalē manu sanctissimi in christo patris ꝛ dñi nostri dñi Sixti diuina prouidentia pape. iiij. in reuerendissimorū ꝛ reuerendoꝝ in christo patrū ꝛ dominorū/ dñoꝝ Guillī Ostieñ Berrardi Sabineñ eporum/ Philiberti tituli sancte lucie in Silice pbri/ miseratione diuina sacrosancte Romane ecclie cardinaliū/ Petri epi Tirasoneñ/ ac bone memorie Hymberti quondā cistercij ꝛ Johannis monasterij beate Marie de Balerna Cisterciēn ordinis/ Bisuntineñ ꝛ Cabiloneñ diocesum abbatū/ ac nostra p̄sentia/ signatā/ vna cū clausulis ꝛ eius signatura nobis p̄sentatā recepimus huius modi sub tenore. Beatissime pater licet sacer ordo cisterciēn in sūma puritatis ꝛ deuotionis pfectione fundatus tādiu in vite sanctimonia ꝛ p vniuersa orbis climata ad edificationē ecclesie militantis/ cū odore virtutū/ eximio religionis decore eminēter floruerit ꝛ resplēduerit/ ꝙdiu iuxta pmeuas sctōꝝ patrum institutiones abbates ꝛ psone regulares ipsiꝰ ordinis ex diuersis regnis/ puincijs ꝛ alijs mundi partibꝰ/ singulis ānis diligenter ad capituli generalis celebrationē ꝛ frequētationē accedere/ ꝛ fm ipsius statuta regularia vite cursum cōponere/ vitiaq; ꝛ defectus cōtingentes reprimere/ ꝛ emendare potuerunt/ tamē ab aliquibꝰ annis citra ppter guerrarū turbines/ distātias locorū/ cōmendas de diuersis monasterijs eiusdē ordinis factas/ aliorūq; sinistrorū euentuū multiplices anfractꝰ dicti abbates ꝛ psone regulares eiusdē ordinis paruo numero

p̃fatum generale capitulũ frequẽtare ſolent/ vñ ordo ipſe qui
prius in terris erat velut paradiſus voluptatis celeſtis/ nũc q̃-
ſi derelictus pene cõuerſus eſt in ruinã ⁊ deſolationẽ/ ⁊ miſerã
dam patitur iacturã. Cum aũt pater ſancte nõ niſi per aduen-
tum dictorum abbatum ⁊ perſonarũ regulariũ eiuſdẽ ordinis
ad ſolennẽ frequentationẽ ⁊ annuã celebrationẽ eiuſdẽ capi-
tuli generalis ſubueniri/ ⁊ vt id quod i eodẽ ordine dei gratia
adhuc ſupereſt conſeruari ⁊ augeri/ quod vero deperditũ eſt et
collapſuz reparari ⁊ reſtaurari poſſit/ ſupplicat ſanctitati veſtre
deuotus orator veſter frater Hymbertus abbas monaſterij ci
ſtercieñ Cabiloneñ dioceſis/ qui pro reparatione eiuſdẽ ordi-
nis/ vt prefati abbates ⁊ alie pſone eiuſdem ordinis ad dictũ
generale capitulũ annis ſingulis tranſeant ⁊ accedant ſum-
mopere deſiderat/ quatenus in p̃miſſis oportune ꝓuidẽdo et
abbatum ⁊ perſonarũ predictarũ animarũ ſaluti ſalubriter cõ
ſuleñ omnib⁹ ⁊ ſingulis abbatibus/ prioribus/ monachis/ no-
uicijs/ conuerſis/ donatis/ ſeruitoribus/ continuis cõmenſali-
bus/ ꝓcuratoribus/ nũcijs/ ⁊ alijs eiuſdem ordinis pſonis pre-
ſentibus ⁊ futuris/ qui ppetuis futuris temporib⁹ dicto gene-
rali capitulo interfuerint vt confeſſor idoneus de dicto ordine
cui ſcđm ordinis inſtituta ex ꝓpriorum abbatum ordinatione
alias cõfiteretur/ ⁊ quem tunc vel infra viginti dies immedia-
te ſequentes ad hoc quilibet ipſorũ duxerit eligendum/ eos et
eorũ quẽlibet ab omnib⁹ ⁊ ſingulis excõmunicationis/ ſuſpeñ
et interdicti/ alijſq; eccleſiaſticis ſententijs cenſuris ⁊ penis/ a
iure/ vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis inflictis
⁊ promulgatis/ ac ferendis/ ꝓmulgandis/ ⁊ infligendis/ alijſq;
eorum peccatis/ delictis/ criminibus/ ⁊ exceſſibus quibuſcũq;
quantũcunq; enormib⁹/ etiã ſi talia fuerint propter que meri-
to ſedes apoſtolica foret cõſulenda/ annis ſingulis quotiẽs di
cto generali capitulo interfuerint/ ſemel dumtaxat abſoluere/
⁊ eis pro cõmiſſis penitentiã ſalutarem iniungere/ necnõ ſuꝑ
irregularitate quouiſmodo ⁊ qualitercũq; contracta ⁊ contra-
henda cũ eis ⁊ eorum quolibet diſpenſare/ necnon plenariam
remiſſionẽ ⁊ abſolutionem omniũ et ſingulorũ peccatoꝝ ſuoꝝ

tunc impendere possit ⁊ valeat licentiã ⁊ facultatem concede-
re ⁊ indulgere. Et insuper ꝙ transumptũ p̃sentis supplicationis
manu alicuius notarij publici signatũ / ⁊ sigillo alicuius prela-
ti ecclesiastici sigillatũ valeat / ⁊ eisdem suffragetur / ac si p̃sens
supplicatio apud quẽlibet eorũ existeret decernere ⁊ declarare
dignemini de gratia speciali constitutionibꝰ ⁊ ordinationibus
apostolicis ceterisqꝫ in cõtrariũ facientibus nõ obstañ quibus-
cunqꝫ / fiat vt petitur. F. Et de absolutione ab omnibꝰ etiam
reseruatis casibus ⁊ censuris. Et de plenaria remissione omni-
um peccatorum. Et de dispensatione sup̱ irregularitate quo-
uis modo cõtracta. Et semel dumtaxat singulis annis ꝓ p̃sen
tibus ⁊ futuris abbatibus / prioribus / monachis / nouicijs / cõ-
uersis / donatis / seruitoribus / cõmensalibus / ꝓcuratoribꝰ / nũ-
cijs / ⁊ alijs eiusdẽ ordinis personis quibuscũqꝫ que dicto gene
rali capitulo interfuerint. Et quod hmõi facultas duret perpe
tuo. Et ꝙ de p̃sentibus sub sigillo alicuiꝰ prelati ecclesiastici et
signo notarij publici possit fieri transumptũ cui fides adhibe-
atur. Et ꝙ p̃sentis supplicationis sola signatura sufficiat / absqꝫ
aliarũ litterarũ apostolicarũ desup̱ cõfectõe. Fiat. F. Qua-
quidẽ supplicatione sic p̱ nos recepta / visa / ⁊ diligenter inspec-
ta / fuimus ꝓ parte reuerendorũ patrũ dominorũ Johannis
abbatis monasterij sancti Bernardi Ualentineñ in Romana
curia ipsius ordinis cistercieñ procuratoris generalis / ac Johã
nis abbatis monasterij beate Marie de Balerna p̃fati debi-
ta cũ instantia requisiti quatenꝰ supplicationẽ ipsam originalẽ
que p̱ diuersa loca ad singulorũ vota cõmode deferri non po-
test in forma auctẽtica transumi ⁊ exemplari / ac in publicã trã
sumpti formã redigi mandare dignaremur. Nos igitur Phi-
lippus cardinalis prefatus attẽdeñ requisitionẽ huiusmodi fo-
re iustam ⁊ consonã rationi / supplicationẽ predictã per notari-
um publicum infra scriptũ transumi ⁊ exemplari / ac in publi-
cam transumpti formam redigi mandauimus / decernentes ꝙ
huiusmodi transumpto tanta fides adhibeatur vbiqꝫ locorũ
quanta dicte supplicationi originali daretur et adhiberetur si
in mediũ ꝓduceretur. In quoꝝ omniũ ⁊ singulorum fidem ⁊

112

testimoniū pmissorum psentes litteras siue presens publicum instrumētū exinde fieri et p notariū publicū infrascriptum subscribi et publicari mandauimus/sigilliqꝫ nostri iussimus et fecimus appensione muniri. Datū et actum Rome in domib9 residentie nostre sub anno a Natiuitate dn̄i M.cccc.lxxvj. Indictione nona/die vero Mercurij.iij. Mensis Aprilis. Pontificatus pfati sanctissimi dn̄i nostri dn̄i Sixti pape.iiij. Anno quinto. Presentib9 ibidem reuerendis in christo patrib9 et dn̄is/dominis Anthonio Maria Limeñ/et Baptista Uuintemillieñ epis/ac venerabili viro dn̄o Petro de Plaza pbro canonico Parmeñ testib9 ad pmissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Franciscus beliardus canonic9 Parmeñ publicus aplica atqꝫ imperiali auctoritatib9 notarius/qr pinserte supplicationis copiam vnacū originali supplicatione collationaui/et illā cōcordare feci/ac psentis trāsumpti petitiōi et decreto/omnibusqꝫ alijs et singulis dū sic vt pmittitur p reuerendissimū in christo patrē et dominū dn̄m Philippū epm et cardinalē pfatū/et corā eo agerentur/dicerentur et fierent/vna cū pnominatis testibus psens interfui/eaqꝫ oia et singula sic fieri vidi/et audiui. Idcirco hoc psens publicum instrumentū manu alterius/me alijs occupato negocijs/fideliter scriptū exinde cōfeci/subscripsi/et publicaui/cū appositione nominis et signi mei cōsueti/vnacū pfati reuerētissimi dn̄i cardinalis sigilli appensione rogatus et requisitus in fidem et testimoniū omniū et singulorum pmissorum.

Dominus Sixtus papa.iiij. declarat qꝫ nō obstañ plenaria absolutione facta virtute indulgentiarū per cū concessarū existentibus in capitulo generali/ tamen pfessi ordinis tenētur quolibet anno cōfiteri pprio abbati de omnibus sm ordinis instituta.



Ixtus Ep̄s seruus seruorum dei. Ad futurā rei memoriā. Licet Romanus pontifex ꝓ christifideliū/ p̄sertim sub suaui religiōis iugo altissimo famulantiū animarū desiderata salute gratias interdū cōcedat. Nō tamē intendit ꝓpterea salubria statuta ⁊ ordinationes ex quibus inferiores suis superiorib⁹ ꝑ obedientiam iungunt/ eorūqꝫ salus ꝓuenit animarū quōlibet remouere ne ea que ꝓ salute ipsa ꝓcuranda fauorabiliter emanarunt/ tēdere videant̄ ad noxā/ Unde pontifex ipse sup̄ his ꝑ sue declarationis ministeriū remedia adhibet oportuna/ ꝓut cognoscit in dn̄o salubriter expedire. Dudum siquidē omnib⁹ ⁊ singulis abbatib⁹/ priorib⁹/ monachis/ nouicijs/ cōuersis/ donatis/ seruitoribus/ cōtinuis cōmensalibus/ ꝓcuratorib⁹/ nūcijs/ ⁊ alijs cistercien̄ ordinis ꝑsonis tunc p̄sentibus ⁊ futuris qui ꝑpetuis futuris tēporibus eiusdē ordinis generali capitulo interessent/ vt cōfessor idoneus de dicto ordine/ cui secundū dicti ordinis instituta ex ꝓpriorū abbatum ordinatione alias cōfiterentur/ ⁊ quē tunc vel infra viginti dies immediate sequētes ad hoc q̄libet ipsorū duceret eligendū/ eos ⁊ eorū quēlibet ab omnib⁹ ⁊ singulis excōicationis/ suspensiōis/ ⁊ interdicti/ alijsqꝫ ecclesiasticis sentētijs/ censuris/ ⁊ penis/ a iure vel ab hoīe quauis occasione vel causa/ latis/ inflictis/ ⁊ ꝓmulgatis/ ac ferendis/ ꝓmulgandis ⁊ infligendis/ alijsqꝫ eorū peccatis/ delictis/ criminibus/ ⁊ excessibus quibuscūqꝫ/ quātūcūqꝫ enormibus/ etiam si talia forent ꝓpter que sedes ap̄lica foret merito cōsulenda/ annis singulis quotiēs dicto generali capitulo interessent/ semel dūtaxat debitā absolutionē impendere/ ⁊ penitentiā salutarē iniungere/ necnō sup̄ irregularitate quouismodo ⁊ qualitercūqꝫ cōtracta ⁊ cōtrahenda cum eis ⁊ eorum quolibet dispēsare/ necnō plenariā remissionē ⁊ absolutionē omniū ⁊ singulorum peccatorū suorum eis impendere possent ⁊ valerent/ licentiā ⁊ facultatē cōcessimus/ ꝓut in quadam supplicatione manu nostra signata/ cuius solā signaturā absqꝫ litterarū ap̄licaꝝ de

ſuper expeditione valere voluimꝰ plenius continetur. Cū aūt
ſicut accepimus in ſtatutis ⁊ cōſuetudinibus dicti ordinis ꝓ-
uide ⁊ ſalubriter ordinatis inter alia caueatur exp̄ſſe ꝙ vniuer-
ſi dicti ordinis ꝓfeſſores ſemel in anno de omnibꝰ peccatis ſu
is quorum memoriā habuerint ab vltima cōfeſſione facta ſu-
is p̄latis/aut ꝑ illos ad hoc deputatis/debeant cōfiteri. Et ſi-
cut exhibita nobis nuper ꝓ parte dilecti filij Johannis abba-
tis mōaſterij ciſtercieñ Cabiloneñ diocꝫ petitio ꝯtinebat ꝙ plu
res dicti ordīs monachi licentia ⁊ facultate p̄dictis abutētes/
⁊ illā minus ſano intellectu interp̄tantes/ ſub cōfidentia dicte
cōceſſionis noſtre/electis ꝑ eos cōfeſſoribus peccata ſua ꝓprio
prelato aut ꝑ eum ad hoc ꝓ tempore deputato ab vltima con-
feſſione ſibi facta iuxta formā ſtatutorū ⁊ conſuetudinū predi-
ctorum ꝑ ſanctos ipſius ordinis patres inſtitutorū/ ⁊ per ſedē
predictam confirmatorū/ac ab ipſius ordinis primeua inſtitu
tione vſqꝫ nunc incōcuſſe obſeruatorū confiteri non curent/ in
ſtatutorum eorundē vilipendiū ipſorūqꝫ monachorū periculū
animarū/pro parte p̄fati Johannis abbatis nobis fuit humi-
liter ſupplicatū/vt ſuper hoc oportune ꝓuidere de benignitate
apoſtolica dignaremur. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationi-
bus inclinati auctoritate apl̄icā tenore p̄ſentiū decernimꝰ ⁊ de
claramus ꝑ cōceſſionē noſtrā predictā eiſdē ſtatutis nullatenꝰ
derogare voluiſſe/vel derogatū fuiſſe aut eſſe/ſed illa in omni-
bus obſeruari debuiſſe ⁊ debere/p̄fatoſqꝫ monachos ad confi
tendū ſemel anno quolibet oīa peccata ſua ab vltima confeſſi
one illorū prelatis facta iuxta formā dictorū ſtatutorū in om-
nibus ⁊ ꝑ omnia ꝑinde aſtrictos fuiſſe/⁊ fore/ac ſi conceſſio pre
dicta a nobis nō emanaſſet. Jlla tamē alias in ſuo robore per-
manſura. Non obſtantibꝰ p̄miſſis /ac conſtitutionibus ⁊ ordi-
nationibus apl̄icis ceteriſqꝫ cōtrarijs quibuſcūqꝫ. Nulli ergo
omnino hominū liceat hanc paginā noſtre cōſtitutionis ⁊ de-
clarationis infringere/vel ei auſu temerario cōtraire. Si quis
autem hoc attemptare p̄ſumpſerit/indignationē omnipoten-
tis dei ⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli apoſtolorū eius ſe nouerit in-
curſurum. Datum Rome apud ſanctum Petrū. Anno incar-

nationis dominice M.cccc. lxxxj. vj. kl. Julij. Pontificatus nostri Anno decimo.

Eiusdē. Declaratio q per generalē reuocationē indulgentiarū per eum factā ipse non intendit derogare indulgentijs ordini concessis in forma prebsyteris sub annulo piscatoris.

Vniuersis Et singulis abbatib⁹/ prioribus/ monachis/ donatis/ z cōuersis ordinis cistercieñ. Salutem z apostolicā benedictionē. Concessim⁹ alias vobis z singulis vestrum ad generale capitulū vestri ordinis accedentib⁹ facultatem eligendi confessorē sub certis modo et forma ꝑut in alijs nostris desuper cōfectis litteris plenius continetur. Cum autē omnes huiusmodi facultates reuocate per nos fuerint humiliter nobis de oportuno cōfirmationis remedio supplicari curastis. Nos huiusmodi supplicationibus inclinati tenore presentiū facultatem huiusmodi de eligendo confessore vobis cōcessam iuxta tenorem earundē litterarū cōfirmantes z approbantes eam in suo pristino robore z vigore esse ac persistere decernimus z declaramus perinde ac si reuocatio nostra huiusmodi quo ad illā nullatenus emanasset/ dicta reuocatione/ ceterisq in contrarīū faciētibus non obstantibus quibuscūq. Datum Rome aqud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesimatertia Julij. Millesimo quadringentesimo octuagesimoprimo. Pontificatus nostri Anno decimo. L. Grifus. p 2

114

Eiusdem. De ꝓ quietatione ⁊ serenitate scrupulorũ multarũ cõscientiarũ sup esu carniũ extra cõia infirmitoria ordinis/ex quo maior pars ordinis statutũ benedicti.xii.nõ obseruabat/nec velle seruari videbatur/dat pontifex capitulo generali ⁊ dño abbati cistercij plenariã ptãtem sup his disponendi/ statuẽdi/ ⁊ dispensandi absq; cuiuscũq; pene incursu/aut scrupulo conscientie



Sixtus Epus seruus seruorum dei. Ad ppetuã rei memoriã Ex supne dispositionis arbitrio/Romanus põtifex in supma ecclesie militãtis statione locatus/circa statũ ecclesiasticarũ psonarũ psertim sacre religioni deditarũ cõtinuo sollicitus/ad ea p que humane fragilitati succurritur/⁊ ipsarũ psonarũ saluti ⁊ oportunitatibꝰ cõsulitur operosis studijs ⁊ remedijs intendit/ac his que ppterea pcessisse cõperit/ne in recidiue cõtentionis scrupulũ relabant̃ aplici muniminis adijcit firmitatẽ. Dudũ siquidẽ felicis recordatiõis Benedictus papa.xij.pdecessor noster p quasdã suas litteras inter alia inhibuit ne abbates ⁊ monachi cisterciẽ ordinis extra monasteria seu loca ꝯuentualia eiusdẽ ordinis/ac etiã ipsi monachi infra monasteria seu loca hmõi/aut in cameris ⁊ extra infirmitoriũ cõmune/carnes vel pulmenta cum carnibꝰ decocta vel cõdita comedere presumerent/cõtra obseruantiã dicti ordinis diutiꝰ obseruatam. Monachus aũt aut cõuersus qui huiusmodi inhibitionis trãsgressor esset tribꝰ diebus ꝓ qualibet

carniũ vel pulmentorũ huiusmodi comestione ieiunare in pa-
ne ⁊ aqua teneretur/ ⁊ ꝙ nihilomin⁹ quolibet ipsorum dierũ in
capitulo regularẽ accipere disciplinã. Sed abbas inhibitionis
huiusmodi transgressor/ nõ ad discipinã ipsam/ sed ad ieiunia
ipsa teneretur. Et si scienter hoc omitteret negligẽter facere ob
seruari/ etiã ex negligentia teneretur ad ieiunia ꝑlibata que q̃-
dem pene nulli remitti valerent/ nec sup̱ eis vel ipsarum parte
aliqua cũ aliquo dispensari/ q̃ si aliqui sup̱ esu carniũ vel pul-
mentorũ predictorum sepe inuenti essent dlinquẽtes/ seu esũ
ipsum cõtra ordinationẽ huiusmodi frequẽtantes/ ac p̱ abba-
tes ꝓprios ꝙ a talib⁹ abstineant canonice moniti non desiste-
rent/ essent post monitionẽ huiusmodi p̱ bienniũ eoipso inha-
biles ad quecũq3 officia ⁊ administrationes in eodẽ ordine ob
tinenda/ obtinẽtes vero illa remouerent/ si abbatibus eoꝝ vi-
sum foret ab obtentis/ q̃q3 nullus monachus vel cõuersus di
cti ordinis cuiuscũq3 conditionis existeret/ etiã si officiũ habe-
ret/ nisi egritudine graui vel debilitate detentus foret/ carnes
de cetero in cameris infirmitoriĳ comedere ꝑsumerent/ sed om-
nes comederent in cõmuni infirmitorio deputato/ nec carnes
pararent vel decoquerent alibi q̃3 in infirmitorio cõi/ seu in co-
quina eidẽ infirmitorio deputata/ vel in posterũ deputãda/ ni-
si abbas ex aliq̃ causa rationabili alibi decoqui vel parari mã-
daret easdem/ vel in eius absentia ille cui dictus abbas com-
mitteret vices suas. Ubicunq3 autẽ pro aliĳs q̃3 p̱ infirmis vel
debilibus parate essent per infirmariũ inter comedentes in in
firmitorio diuiderent/ abbatibus vero benemeritis qui cessa-
rent/ vel cederent spontanea voluntate locus ⁊ esus carniũ p̱
abbatẽ propriũ scđm sue discretionis arbitriũ concederet/ et
quilibet abbas dicti ordinis ex indulgentia posset interdũ ali
quos fratrũ ꝓut necessitas postularet aduocare/ ipsosq3 secum
in camera sua melius ⁊ plenius exhibere. Abbates autem ac
alie notabiles ꝑsone ipsius ordinis ad monasteria declinãtes
de abbatis vel eo absente de ꝑsidentis regimini ipsius mona-
steriĳ licentia in camera ipsius abbatis/ vel in cõmuni infirmi-
torio carnib⁹ vti possent/ ꝓut in eisdẽ litteris plenius cõtinet.

Cũ autẽ ſicut exhibita nobis nuꝑ ꝓ parte dilecti filij Hymber-
ti abbatis monaſterij Ciſtercieñ Cabiloneñ diocl petitio cõti-
nebat ex ſtatuto ſeu inhibitione huiuſmodi vel tenore verbo-
rum in ipſius Benedicti pape litteris cõtentorũ predictorum
eſus carniũ ⁊ pulmentorũ huiuſmodi abbatibꝰ/monachis/ꝓ
feſſis/⁊ alijs ꝑſonis eiuſdẽ ordinis extra ſepta monaſterioꝝ ſu
orum videatur eſſe vetitus/ordoq̃ ⁊ monaſteria ipſa ꝑ orbem
reſperſa ꝓ maiori parte tenue/⁊ ſuꝑ laboribus manuũ ⁊ nutri
mentis animaliũ fundata/ac eorum aliqua ob guerrarũ turbi
nes ⁊ alios ſiniſtros euentus ruinoſa ⁊ quaſi deſolata/aliqua
vero in locis ſterilibus poſita exiſtant/⁊ ſi eis alij ſint reddituſ
qui vt plurimũ rari ſunt/⁊ in diuerſis locis cõſiſtunt/tam p̃miſ
ſorum q̃ aliorũ ordinis ⁊ monaſteriorũ predictorũ ꝓ tempore
occurrentiũ cõmuniũ ⁊ particulariũ negociorũ occaſione/colle
ctione/defenſione/directione/⁊ cõſeruatione/abbates/mona-
chi/⁊ alie eiuſdẽ ordinis ꝑſone extra ſepta monaſteriorũ ſuoꝝ
ad diuerſa loca etiam remota/⁊ diuerſarũ regionũ/ſepius trã-
ſire ⁊ illa frequentare habeant/que adeo vt plurimum ſterilia
ſunt ⁊ bonis ad victum neceſſarijs priuata/vt alium cibum q̃
carnes vel de carnibus decoctum quo ſe cõmode ſuſtẽtare va-
leant nõ receperunt. Et ſicut eadem petitio ſubiungebat ſi ab-
bates monachi ⁊ alie ꝑſone huiuſmodi ad loca predicta tran-
ſeuntes nõ reficerentur importabiles incurrerẽt infirmitates/
aut ſi non tranſeant fundationes ipſorũ monaſteriorũ que a
diuerſis tam violentia q̃ ꝓceſſuũ inuolutionibꝰ ac innumera-
bilibus alijs modis impetunt perire ⁊ deperdi poſſent/penſa-
ta etiã humane cõditionis fragilitate/que ꝓut experientia do
cet/ꝓcliuior ad debilitatem ſeu impotentiã redditur/tranſeũ-
tes ieiunia ⁊ vite auſteritatẽ antiquoꝝ patrum nequaquã per
ferre multoq̃ minorẽ vite rigorem vix ſuſtinere valentes con-
tra ſcrupulũ cõſcientie extra ſepta monaſteriorũ predictorum
carnibus ⁊ pulmentis huiuſmodi infirmitatẽ vitando corpo-
ralem ſepius veſci oporteat/pro parte dicti Hymberti abba-
tis nobis fuit humiliter ſupplicatũ vt ſtatuto ⁊ conceſſioni quo
ad eſum carniũ ⁊ pulmentorum predictorũ infra ſepta mona-

steriorū ac etiam inhibitioni huiusmodi loca diuersa infra sep-
ta monasterioꝝ cōcernenti/ac ꝓut illa concernūt prefatis litte
ris/necnō omnibꝰ ꝛ singulis in eis cōtentis pro illorū subsistē-
tia firmiori/robur apostolice cōfirmationis adiĳcere/ aliasqꝫ in
premissis ac statui abbatū/monachorum/monialiū/ꝛ aliarum
personarū predictorū oportune prouidere de benignitate apo
stolica dignaremur. Nos igitur litterarū necnō statuti cōcessi-
onis ꝛ inhibitionis huiusmodi tenores ꝛ formas/ ac si de ver-
bo ad verbū insererētur p̄sentibus pro expressis habentes/ ac
attendentes humane cōditionis fragilitatē/ ꝛ ꝙ esus vel non
esus carniū de substantialibus regule eiusdē ordinis alias nō
est/predictorūqꝫ saluti/ac eorū necessitatibus premissis/ ꝛ aliĳs
nō expressis quantū cum deo possumus prouidere ꝛ humane
fragilitati huiusmodi succurrere cupieñ/ prefatis rationibꝰ et
aliĳs rationabilibꝰ animū nostrū mouētibus pensatis/ huius-
modi supplicationibꝰ inclinati/ statutū ꝛ cōcessionē quo ad esū
carniū ꝛ pulmentorū predictorum infra septa monasteriorū/
necnon inhibitionē quo ad hoc subiunctā/ac prout illa concer
nunt/easdē litteras apostolicas/necnō oia ꝛ singula alia in eis
contenta/ac inde secuta quecūqꝫ/auctoritate ap̄lica ex certa sci
entia tenore p̄sentiū ratificamus/cōfirmamus ꝛ approbamus/
ac p̄sentis scripti patrocinio cōmunimus/necnō illa sub penis
in eisdē litteris cōtentis volumus ꝛ mandamus ꝑpetuis futu
ris tēporibus firmiter obseruari. Et insuꝑ dilectis filiĳs capitu
lo generali dicti ordinis ꝛ eo cessante prefato ꝛ ꝓ tempore exi-
stenti abbati eiusdē monasterĳ cistercieñ/ cum quibuscūqꝫ ab-
batibꝰ/monachis/monialibꝰ/ac aliĳs personis eiusdē ordinis
p̄sentibus ꝛ futuris scd̄m discretionis eorum arbitrium/ ꝛ con
scientie iudicium/ super quo eorum conscientias oneramus/
quādocunqꝫ et quotienscūqꝫ necesse eis seu alteri ipsorū vide-
bit per se vel aliū seu alios dispensandi/ac eis licentiā cōcedē-
di/ꝙ carnibus et pulmentis huiusmodi etiā extra dictorū mo
nasteriorum septa in predictis ꝛ quibusuis aliĳs locis absqꝫ ali
cuius pene incursu aut conscientie scrupulo vesci et vti possint

plenā ꝛ liberā facultatē/licentiā/potestatē ꝛ auctoritatē ꝑdicta auctoritate ꝑsentiū tenore cōcedimus pariter ꝛ indulgemꝰ. Nō obstantibus cōstitutionibꝰ ꝛ ordinationibꝰ aplicis/ac monasteriorū ꝛ ordinis predictorū/iuramento/cōfirmatione aplica/vel quauis firmitate alia roboratis/statutis ꝛ cōsuetudinibus/necnō premissis ac omnibꝰ alijs que dictus Benedictus ꝑdecessor in eisdē suis litteris voluit nō obstare/ceterisqꝫ cōtrarijs quibuscunqꝫ. Nulli ergo oino hominū liceat hanc paginā nostre ratificationis/cōfirmationis/approbationis/cōmunitionis/volūtatis/mandati/onerationis/cōcessionis/ꝛ indulti infringere/vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attemptare ꝑsumpserit/indignationē omnipotētis dei/ꝛ beatorum Petri ꝛ Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud sanctū Petrū/ Anno incarnationis dominice M.cccc.lxxv. Idus Decembris. Pontificatus nostri Anno quinto.

Eiusdem. Qr ad cōformitatē vestimentorū ordinis/ per brunū colorē in statuto Benedicti.xij.expressum intelligit niger color ꝛ nō alius/ꝛ inhibetur abbatibus monachis/ꝛ monialibꝰ ordinis ne alio colore qꝫ albo ꝛ nigro vtantur.



Sixtus Eps seruus seruorū dei. Ad futuram rei memoriā. Et si cunctis ecclesiastici status ꝑsonis ex assuete pietatis officio assistere teneamur/ illis tamen sub regulari obseruantia altissimo famulantibus ꝑcipue cisterciēsi eo magis adesse nos ꝯuenit quo sublatis quibusuis dubietatibus maiori quietudine reddere valeant vota sua. Du-

fo .115.

dum siquidē felicis recordationis Benedictus papa .xij. pdecessor noster ad statum cisterciē ordinis attendens prosperū/ per quasdā suas litteras inter alia statuit ⁊ ordinauit q̄ omnes abbates ⁊ monachi eiusdē ordinis pannis bruni vel albi coloris dumtaxat vterentur/ put in eisdem litteris plenius cōtinetur. Cum autē sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filij Hymberti abbatis monasterij Cisterciē/ Cabilonē diocesis petitio continebat a nōnullis etiā ipsius ordinis abbatibus ⁊ monachis reuocetur in dubium an appellatione bruni coloris niger color veniat vel griseus/ ⁊ sicut eadē petitio subiūgebat aliqui abbates ⁊ monachi/ ac moniales ipsius ordinis panno nigro/ aliqui vero griseo vtantur/ ⁊ diuersitas habitus inter eiusdē ordinis pfessores esse videt/ p parte eiusdem Hymberti abbatis nobis fuit hūiliter supplicatū/ vt sibi ac ordini/ monachis ⁊ monialibus pfatis/ earūq; statui sup pmissis oportune puidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igit ad quos spectat super his adhibere vigilātie nostre curam vt omnis dubietatis scrupulus de medio tollatur/ ⁊ habitus ipsorū se inuicē conforment/ quacūq; disparitate sublata/ litterarum ac concessionis ⁊ statuti huiusmodi tenores/ ac si de verbo ad verbū insererētur psentibus p expressis habentes/ huiusmodi supplicationib' inclinati verba predicta bruni coloris interpretātes q̄ appellatione illorū niger tantū color veniat ⁊ intelligatur auctoritate aplica tenore presentiū ex certa scientia declaramus. Et insup p potioris cautele suffragio volumus/ ac eisdem auctoritate ⁊ tenore/ etiam statuimus ⁊ ordinam' q̄ de cetero ppetuis futuris temporib' omnes abbates/ monachi/ et moniales eiusdē ordinis psentes ⁊ futuri/ ad vsum psonarū suarum pannis nigri vel albi coloris solum ⁊ dūtaxat vtantur/ mandātes p apostolica scripta ⁊ eadem auctoritate cōmittentes dilectis filijs vniuersis patribus abbatib' eiusdem ordinis presentibus ⁊ futuris quaten' ipsi ⁊ quilibet ipsorū postq̄ presentes nostre littere ad eorū noticiam puenerint declarationē/ statutum ⁊ concessionē nostra huiusmodi obseruēt. Et p se vel alios etiam a quolibet ipsorū/ necnon alijs abbatib' ⁊ mona-

117

chis ac monialibus eiusdem ordinis ꝑpetuo faciant inuiolabiliter obseruari. Non ꝑmittentes eosdē abbates/ monachos ⁊ moniales pannos ad vsum personarū suarū alterius ꝙ nigri vel albi coloris deferre/ vel illis quomodolibet vti. Cōtradictores per censurā ecclesiasticā/ appellatione postposita compescendo. Nō obstantibꝰ constitutionibꝰ ⁊ ordinationibꝰ apostolicis/ ac monasteriorū ⁊ ordinis predictorū/ iuramento/ confirmatiōe apostolica vel quauis firmitate alia roboratis. Nec non omnibꝰ illis que idem Benedictus ꝑdecessor in suis litteris voluit nō obstare ceterisqꝫ cōtrarijs quibuscūqꝫ. Ceterum quia difficile foret ꝑsentes litteras ad quecūqꝫ loca in quibus ille essent necessarie trāsferri volumus/ ⁊ auctoritate ꝑdicta decernimus ꝙ earum transumptis manu notarij publici subscriptis/ ⁊ sigillo alicuius archiepiscopi vel episcopi/ aut alterꝰ ꝑlati/ vel persone in dignitate ecclesiastica constitute munitis/ prorsus in iudicio ⁊ extra fides plenaria adhibeatur ⁊ illis stetur/ ipsiqꝫ patresabbates ad illarū executionē ꝓcedere possint ⁊ debeant in omnibus ⁊ ꝑ omnia/ sicuti originalibus litteris huiusmodi adhiberetur ⁊ eis staretur/ ac ipsi patresabbates ꝓcedere possent ⁊ deberent/ si forent exhibite vel ostense. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostrorū declarationis/ interpretationis/ statuti/ ordinationis/ mandati/ voluntatis/ ⁊ constitutionis infringere/ vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attemptare ꝑsumpserit/ indignationē omnipotentis dei/ ⁊ beatorū Petri ⁊ Pauli apostolorū eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud sanctū Petrum Anno incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo septuagesimoquinto Jdus Decembris. Pontificatus nostri Anno quinto.

De huiusmodi habitibus expressius mandat dominus Jnnocentius papa. viij. per vnū breue sub annulo piscatoris reuocando dispensationes in contrarinm factas. Et incipit alias percipientes.

Eiusdem. Confirmatio priuilegij dñi honorij pape. iij. Qr nullus a nobis de terris ante conciliũ acquisitis / ꝛ quas alijs concessimus si ad nos redeant decimas exigat. Item cõfirmatio priuilegij domini Martini pape. v. per quod abbatẽ cistercieñ / singulosqꝫ abbates / priores / abbatissas / monasteriaqꝫ singula / ꝛ vniuersas ꝑsonas ordinis eximit a prestatione decimarũ / tam de possessionibꝰ habitis ante ꝛ post conciliũ qꝫ de cetero habendis / ꝛ tam de noualibꝰ siue añ siue post huiusmodi conciliũ acquisitis ꝛ acquirẽdis / quõcunqꝫ ꝛ qualitercunqꝫ excolant̃ / etiã de quibus aliquis hactenus ꝑcepisset / necnõ de ortis / virgultis / ꝛ piscationibus nostris / ꝛ de animaliũ nostrorũ nutrimẽtis. Itẽ de gratia spãli, ꝓ potiori cautela hec omnia de nouo ꝯcedit / ꝛ ꝑpetuo decreto omnia p̃missa a prestatione decimarum ꝛ noualium eximit ꝛ exempta decernit. ꝛc. Uide bene textũ cũ clausula / ꝙ vidimus fides adhibeatur. ꝛc.

Sixtus Ep̄s seruus seruorum dei.
Ad perpetuã rei memoriã.
Dispositione diuina gregi dñico q̄uis im-
meriti p̄sidentes dum preclara dilectorũ fi-
liorũ abbatis cistercien̄ eiusq̄ coabbatum/
⁊ priorũ/ac dilectarũ in christo filiarũ abba
tissarum/⁊ aliarũ personarũ Cistercien̄ or-
dinis honestatẽ ⁊ merita deo grata ⁊ homi
nib⁹ accepta intra nostre mentis arcana recẽsemus/⁊ ad com-
mendabiles fructus quib⁹ operosis eorũ ministerijs erga ipsũ
deũ ⁊ homines huiusmodi indesinẽter exuberant/nostros dif-
fundimus cogitat⁹/vota illa ad exauditionis gratiã fauorabi
liter admittim⁹/ꝑ que ipsorũ statui ⁊ indẽnitatibus cõsulitur/
⁊ que in illorũ ꝓfectum emanasse cõperimus p̄sidio munimi-
nis aplici libenter solidamus. Illa etiã ꝓ potiori cautela d̄ no
uo eis cõcedendo. Sane ꝓ parte abbatis/coabbatũ/priorũ/
abbatissarũ/⁊ personarũ predictorũ nobis nuper exhibita pe-
titio cõtinebat q̄ olim felicis recordatiõis Honori⁹ papa.iij. p̄
decessor noster vt nullus ab eis de terris suis añ generale cõci-
liũ acquisitis/etiã de illis quas alijs cõcesserant excolẽdas /et
ad eos redierant/si eas manibus ꝓprijs aut sumptib⁹ colerẽt/
decimas exigere aut extorquere p̄sumeret/inter alia inhibuit/
⁊ deinde pie memorie Martinus papa.v.etiã predecessor no-
ster venerabilib⁹ fratrib⁹ nostris archiepis/⁊ dilectis filijs ab-
batibus/prioribus/decanis/archidiaconis/p̄positis/⁊ alijs ec
clesiarum prelatis ad quos sue sup hoc confecte littere peruen-
rent expresse mandauit vt abbatẽ cistercien̄ ac omnes ⁊ singu-
los abbates/priores/abbatissas/ac oĩa ⁊ singula monasteria
necnõ singulares personas dicti ordinis p̄sentia ⁊ futura vbi-
cunq̄ ꝓ tempore consistentia/a prestatione decimarũ/tam de
possessionibus habitis ante ⁊ post concilium antedictũ/quam
de cetero habendis/⁊ tam de nouabilibus siue ante siue post hu
iusmodi conciliũ aquisitis/⁊ acquirẽdis/que ꝓprijs sumptib⁹
excolebant/seu excolerent/quã alias quõcunq̄ ⁊ qualitercũq̄
excolerentur/⁊ etiã de illis possessionibus de quibus aliquis

hactenus ꝑcepisset/ necnō de ortis/virgultis /⁊ piscationibus
suis/ac de suorū animaliū nutrimētis singuli ipsorum omni-
no seruarent imunes. Cōtradictores ꝑ censurā ecclesiasticā ap-
pellatione post posita cōpescendo/inuocato ad hoc etiā si op⁹
foret auxilio brachij secularis/ ꝓut in ipsorū predecessorū litte
ris desuꝑ confectis plenius continet. Cum aūt sicut eadem pe
titio subiūgebat littere ipse incipiant vetustate cōsumi ⁊ ꝓpte
rea de illis/ac cōtentis in eisdē successu tēporis ab aliquib⁹ he
sitari posset/ ꝓ parte abbatis cistercieñ/coabbatū/priorū/ ab-
batissarū ⁊ ꝑsonarū p̄dictorū nobis fuit humiliter supplicatū/
vt litteras p̄dictas/ac omnia ⁊ singula in eis contenta ꝓ illorū
subsistentia firmiori ɔfirmare ⁊ approbare/ac alias ipsis in pre-
missis oportune ꝓuidē d benignitate ap̄lica dignaremur. Nos
tranquillitatē ⁊ vtilitatē ipsius ordinis/ac singularū ꝑsonarū
eiusdē supmis desiderantes affectibus/ litteras tā Honorij q̄
Martini p̄decessorū huiusmodi/quarū tenores p̄sentibus ha-
beri volumus ꝓ expressis/ratas ⁊ gratas habentes/illas cum
omnib⁹ in eis cōtentis clausulis ap̄lica auctoritate p̄sentiū te-
nore cōfirmamus ⁊ approbamus/ ac iuxta oīmodas earū con-
tinētias ⁊ formas in sui roboris firmitate ꝑpetuo subsistere de
cernim⁹/supplentes oēs ⁊ singulos defectus si qui forsan inter-
uenerint in eisdē. Et nihilomin⁹ ꝓ potiori cautela abbatē Ci-
stercieñ/ac oēs ⁊ singulos abbates/priores/abbatissas/necnō
omnia ⁊ singula monasteria p̄sentia ⁊ futura vbilibet existētia
singularesq; ꝑsonas dicti ordinis/a p̄statione decimarū /tā de
possessionib⁹ habitis ante ⁊ post conciliū predictū /q̄ de cete-
ro habendis/ ⁊ tam de noualib⁹ siue ante siue post conciliū hu
iusmodi acquisitis ⁊ acquirēdis que ꝓprijs sumptib⁹ excolūt/
⁊ excolent/ q̄ alias quocūq;/⁊ qualitercūq; excolant/⁊ etiā de
illis possessionib⁹ de quib⁹ aliquis hactenus ꝑcepit/necnō de
ortis/virgultis/⁊ piscationib⁹ suis/ ⁊ de nutrimētis suorū ani-
maliū/auctoritate p̄dicta de speciali gratia penitus eximim⁹/
⁊ exempta fore ꝑpetuo decernim⁹ ꝑ p̄sentes/ dicti cōcilij/ ⁊ qui-
buscūq; alijs cōstitutionib⁹ ⁊ ordinationib⁹ ap̄licis ceterisq; in
contrariū editis/etiā iuramento/ɔfirmatione ap̄lica /vel qua-

119

cunctis firmitate alia roboratis/ nõ obstantibus quibuscunctis.
Verũ quia difficile foret presentes originales litteras ad singula in quibus de eis fides forsan facienda foret loca deferre/ volumus ac dicta auctoritate decernimus ipsarũ transumptis alicui⁹ episcopalis aut superioris ecclesiastice curie/ seu prelati vel persone in dignitate ecclesiastica constitute/ aut metropolitanĩ vel cathedralis ecclesie canonici sigillo/ ꝛ manu/ ac subscriptione alicui⁹ notariȷ publici munitis tanq̃ presentib⁹ litteris si exhiberentur in iudicio ꝛ extra plenariã fidem vbilibet adhiberi perinde/ ac si eedem p̄sentes littere exhibite forent vel ostẽse. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginã nostre confirmationis/ approbationis/ suppletionis/ constitutionis/ exemptionis/ decreti/ statuti/ ꝛ voluntatis infringere/ vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare p̄sumpserit indignationẽ omnipotẽtis dei/ ꝛ beatorũ Petri ꝛ Pauli apostolorum eius se nouerit incursurũ. Datum Rome apud sanctum Petrum Anno incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo octuagesimosecũdo. vj. kl. Octobris. Pontificatus nostri Anno duodecimo.

Eiusdem. Motu proprio/ ex certa scientia/ ꝛ de consilio fratrũ/ confirmat et roborat amplissimas concessiones per Johannẽ. xxiij. Calistum. Nicolaũ/ ꝛ Pium/ ordini factas de non cõmendandis monasterijs etiã cardinalibus/ ꝛ cetera multa que optime videri debent in textu. Et q̄ transumpto fides adhibeatur sicut originali.


Jxtus Eps seruus seruorum dei.
Ad perpetuã rei memoriã.
Regimini vniuersalis ecclesie quibus imeriti
disponēte dño presidentes curis purgemur
assiduis/vt iuxta tradite nobis desuper dis
pensatiõis officiũ/quieti subditorum quo-
rũlibet/presertim sub regulari obseruantia
studio pie vite vacantiũ/in quorũ vtiqz p-
speritate reficimur/iugi quantũ nobis ex alto conceditur soli-
citudinis studio intendamus/ꝛ his que p religionis incremē-
to ac personarum regularium statu pacifico ꝛ tranquillo pro-
uide facta conspicimus/vt perpetuo illibata psistant libenter
nostri muniminis adijcimus firmitatem. Dudũ siquidem a fe-
licis recordationis Pio papa.ij.pdecessore nostre diuerse litte
re in quibus nõnulle alie inseruntur emanarunt tenorum sub
sequentium. Pius Epus seruus seruorũ dei. Ad futurã
rei memoriã. Aplice sedis nobis iniunctũ desup seruitutis of-
ficiũ mentē nostrã excitat ꝛ inducit vt circa ea que p statu pro-
spero monasteriorum Cisterciē ordinis/ꝛ in illis pie vite dedita
rũ psonarũ pfutura cspicimus operosis studijs intendamus/
ꝛ his que ppterea facta fuere compimus/vt illibata persistant
aplici muniminis adijciamus firmitatē/ꝛ ea concedamus que
desuper sunt oportuna. Dudũ siquidem a felicis recordatio-
nis Nicolao papa.v.pdecessore nostro littere in quibus bone
memorie Baldasaris epi Tusculaneñ tunc Johannis.xxiij.in
sua obediētia de qua partes ille erant nũcupati inserunt ema-
narunt tenoris subsequētis. Nicolaus Epus seruus ser-
uorũ dei. Ad perpetuã rei memoriã. Jnter cetera orbis eccłias
monasteria/ꝛ alia pia loca monasterij Cisterciē Cabiloneñ di
ocesis/ac Cisterciē ordinē affectu beniuolo psequētes illa p-
sonis eis psidentibus libēter cõcedimus que ipsarũ ac mona-
sterij ꝛ ordinis predictorũ fauorē ꝛ cõmoda respicere dinoscun
tur. Dudũ siqdē Baldasaris olim epi Tusculaneñ in sua obe-
diētia de q partes ille tũc erãt Johãnis.xxiij.nũcupati i fauo
rē dicti monasterij/ac illi9 abbatis/necnõ coabbatũ ꝛ abbissarum

120

dicti ordinis p tēpore existentiū emanarunt littere tenoris sub sequentis. Johannes Eps seruus seruoꝝ dei. Ad ppetu am rei memoriā. Ad salutare regimen ac incremēta pficua di lectorū filiorū ordinis Cistercieñ qui in agro plantatus domi nico vberes fructus ad laudē diuini nominis odorē suauitatis pducit assidue in vltimos orbis fines/ paterne cōsiderationis dirigētes intuitꝰ/ ⁊ cupiētes vt eo vigilantius atq̧ deuotiꝰ al tissimo impendere valeant iugiter famulatū quo maiori quie tudine in contēplatione sedula diuinorū salubriter pfruentur/ ac deuotis supplicationibꝰ dilectoꝝ filioꝝ abbatis ⁊ cōuentus monasterij cistercieñ/ Cabiloneñ diocesis/ necnō coabbatum ⁊ abbatissarū dicti ordinis cistercieñ in hac parte fauorabiliter annuētes hac p̄senti cōstitutione ppetuo duratura/ ⁊ aplica au ctoritate decernimꝰ statuētes qđ de cetero in p̄fato ordine Ci stercieñ/ aut eius mēbris nullus qui de dicto ordine nō existat cuiuscūq̧ alterius religionis/ ordinis/ status/ dignitatis/ aut p̄eminentie fuerit/ etiā si cardinalatus dignitate fulgeret/ apo stolica vel alia quauis auctoritate possit vel debeat p̄sidentiā/ gubernationē/ administrationē/ aut p̄eminentiā aliquis per se vel alios/ directe vel indirecte/ aut quouis quesito colore quo modolibet impetrare/ obtinere/ regere/ administrare/ vl̄ guber nare/ quōcunq̧ aut qualitercunq̧. Decernētes ex nūc irritū et inane si secus sup his a quoquā quauis auctoritate sciēter vel ignoranter cōtigerit imposterū quomodolibet attēptari. Per p̄dicta vero nullum p̄iudiciū afferri volumus alicui ex venera bilibus fratribꝰ nostris sancte Romaū ecclesie cardinalibꝰ in presentiarū in p̄fato ordine Cistercieñ gubernationē/ cōmen dam/ administrationē/ seu p̄sidentiā aliquas obtinenti quomi nus illas gerere valeat ⁊ tenere iuxta formā litterarū apostoli carū eidem desup hactenus concessarū. Nulli ergo oino homi nū liceat hanc paginā nostre cōstitutionis ⁊ voluntatis infrin gere/ vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attemp tare p̄sumpserit/ indignationē omnipotētis dei/ ⁊ beatoꝝ Pe tri ⁊ Pauli aplorum eius se nouerit incursurū. Datum Cōstan tie. vij. kl. Februarij. Pontificatus nostri Anno quinto.

Nos igitur abbati et monasterio/necnõ coabbatibus et abbatissis pdictis ampliori desup aminiculo puidere cupientes/ ac litteras et tenorẽ antedictos ratos habentes et gratos/ illos auctoritate apl̃ica/et excerta scientia hax serie inouamus/ac vim et vigorem habere decernim⁹/necnõ statuta/decreta/ac omnia alia et singula in dictis litteris cõtenta/et quecũqz inde secuta/ eisdẽ auctoritate et scientia cõfirmam⁹/approbamus/ et psentis scripti patrocinio cõmunimus. Nõ obstantib⁹ cõstitutionib⁹ et ordinationib⁹ apl̃icis/necnõ omnib⁹ illis que dictus Baldasar epus in pfatis litteris suis nõ obstare voluit/ ceterisqz contrarijs quibuscũqz. Nulli ergo oĩno hominũ liceat hanc paginam nostre innouationis/cõstitutionis/cõfirmationis/approbationis/et cõmunitionis infringere/vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attemptare psumpserit/indignationẽ omnipotẽtis dei/et beatorũ Petri et Pauli apostolorũ eius se nouerit incursurx. Datũ Rome apud sanctũ Petrũ/Anno incarnationis dñice M.cccc.liiij.iij. Noñ Octobris. Pontificatus nostri Anno octauo. Nos igit̃ pariformiter ex certa scientia nostra/singulas pdictas litteras ratas et gratas habẽtes illas et in eis cõtenta/et inde secuta quecũqz auctoritate apl̃ica harũ serie innouam⁹/ac vim et vigorẽ habere foreqz subnixas decernim⁹ ac cõfirmam⁹ et approbamus/psentisqz scripti patrocinio cõmunim⁹. Decernẽtes qz psentiũ transumpto alicui⁹ episcopalis vel supioris curie ecclesiastice sigillo munito/ et signo et subscriptione notarij publici signato in iudicio et extra ipsis tãqz pinsertis et psentibus litteris si exhiberent̃ plena fides adhibeat̃/et pinde stetur ac si ipse psentes et pinserte littere forent exhibite vel ostense/nec desup alteri⁹ pbationis aminiculũ requirat̃. Nulli ergo oĩno hominũ liceat hanc paginã nostre innouationis/cõstitutionis/cõfirmationis/approbationis/communitionis/et decreti infringere/vel ei ausu temerario cõtraire Si quis autẽ hoc attemptare psumpserit/indignationẽ omnipotẽtis dei/et beatorũ Petri et Pauli aplorũ eius se nouerit incursurũ. Datum Mantue Anno incarnationis dominice M.cccc.lix.vij.kl̃.Augusti. Pontificatus nostri anno primo.

q

121

Pius Eps̄ seruus seruoꝝ dei. Ad futurā rei memoriā. Licet
ea que ꝑ predecessores nostros Romanꝰ pontifices ꝓuide fac-
ta fuerunt ⁊ ab eis rite ꝓcesserūt plenam obtineant firmitatē.
Nos tn̄ illis interdū aplic̄i muniminis robur adijcimꝰ/ vt eo fir
mius illibata ꝑsistant/ quo magis nostro p̄sidio cōmunita. Du
dum siquidē felicis recordationis Calistus papa. iij. p̄decessor
noster ex certis ratiōabilibꝰ causis nōnulla statutū/ declaratio
nem/ cassationē/ ⁊ irritationē ꝓ vtilitate ⁊ cōseruatione mona-
steriorū ⁊ locorū/ ac religiosorū Cistercieñ ordinis motu ꝓprio
⁊ ex certa scientia/ ⁊ de plenitudine aplic̄e potestatis fecit ⁊ cō-
cessit ꝓut in ipsius p̄decessoris litteris quas diligēter in cancel
laria aplic̄a inspici ⁊ examinari fecimus/ q̄ꝝ tenor inferiꝰ est in-
sertus plenius cōtinetur. Nos igitur motu scientia ⁊ potesta-
te similibꝰ/ nō ad alicuiꝰ instantiā/ sed de nostra mera liberali-
tate statutū/ declarationē/ cassationē/ ⁊ irritationē p̄dicta rata/
⁊ grata habentes illa ⁊ quecunqꝫ inde secuta auctoritate apo-
stolica cōfirmamus/ ⁊ p̄sentis scripti patrocinio cōmunimꝰ sup
plendo omnes defectus si qui forsan interuenerint in eisdem/
necnō litteras ipsas vim ⁊ vigorē habere ac viribus subsistere
decernimus ꝑ p̄sentes. Nō obstantibꝰ cōstitutionibꝰ apostoli-
cis/ ac omnibus illis que dictus predecessor in eisdem litteris
nō obstare voluit/ ceterisqꝫ cōtrarijs quibuscūqꝫ. Tenor vero
ipsarū litterarū de verbo ad verbū sequitur/ ⁊ est talis. Ca-
listus Epus seruus seruorū dei. Ad futuram rei memoriam.
Ad fructus vberes quos Cistercieñ ordo in agro militātis ec-
clesie plantatus dextera dn̄i velut arbor bona ꝓduxit hacte-
nus/ ⁊ ꝓducit/ cōsiderationis nostre oculos extendentes/ apo-
stolici fauoris presidiū sibi libēter impartimur/ ⁊ in his que so-
lidationem status/ nec nō perpetuā pacem ⁊ tranquillitatē ei-
usdem cōcernunt nos gratiosos ⁊ fauorabiles exhibemus. Cū
itaqꝫ sicut ad apostolatus nostri ꝑuenit auditum ordini Cister
cieñ prefato/ ac illiꝰ monasterijs/ personis/ atqꝫ locis magna pe
riculose desolationis dispendia imminere noscant̄/ ex eo quia
nōnulli pretextu quarundā litterarū apostolicarū etiam ad va
catura se extendentiū in dictis monasterijs atqꝫ locis/ prefici ⁊

precesse presumũt. Nos ne p hoc nostre cõscientie serenitas remaneat in tranquilla taliũ turbationũ materias ab eodem ordine ,ppellere/premissisq; scandalis ⁊ incõuenientijs quãtum nobis ex alto pmittitur obuiare/necnõ circa hoc salubre remediũ adhibere cupiẽtes/motu ,pprio/nõ ad alicui⁹ nobis super hoc oblate petitiõis instantiã sed ex nostra certa sciẽtia/⁊ apostolice potestatis plenitudine/statuim⁹ nostreq; intentionis fuisse ⁊ esse declaramus/necnõ harũ serie cõcedimus/ qd nulla p nos aut sedẽ apostolicã/seu nostra vel ipsius/aut alia quauis auctoritate in genere vel in specie sub q̃busuis formis aut verborũ expressionib⁹ ⁊ cum quibuscũq; etiam indiuidualiũ ⁊ aliarũ derogatoriaꝝ clausulaꝝ/etiam taliũ qd illis p queuis alia aplica/litteras/priuilegia/⁊ indulta/ipsis etiã signanter specifice ⁊ expresse derogantia minime derogatũ fuisse vel esse censeatur/seu derogari nõ possit/vim ⁊ effectũ habentibus ceterisq; effectui p̃sentiũ preiudicialib⁹ clausulis ⁊ decretis irritantibus quibusuis psonis/cuiuscũq; stat⁹/gradus/dignitatis/ordinis vel cditionis/etiã si sctẽ Romanẽ ecclesie cardinales/ aut sedis aplice officiales/seu epi/aut alteri⁹ ordinis abbates/ etiã motu ⁊ scientia similibus/seu ad regum/principum/ vel prelatoꝝ quorũlibet supplicationem/vel aliquorũ resignatorum beneficiorum/iuris cessionem/vel recõpensationis/ aut alio quouis intuitu/seu in earũ fauorem concessa hactenus vel imposterũ concedenda/expectatiue/cõmende/aut alie queuis littere/ facultates/nominationes/⁊ mandata/necnõ prerogatiue/antelationes/declarationes/exceptiones/ priuilegia / ⁊ indulta/ac facte ⁊ forsan faciende/etiã de primouacaturis monasterijs/ p̃laturis/dignitatib⁹/⁊ locis dicti ordinis speciales reseruatões quoꝝ oĩm tenores ac si de verbo ad verbũ inserti forẽt pñtib⁹ haberi volumus ,p expressis/⁊ que suum nondum sortita sunt effectum/quorũq; vigore in ipsis monasterijs aut eorũ aliquo nõ est alicui ius quesitũ ad monasteria prelaturas abbatiales ⁊ alias dicti ordinis dignitates/⁊ loca/etiã vtriusq; sexus ordinis huiusmodi aliqualiter se extendant/aut quomodolibet se extendere possint siue debeant/nec monasteriorum ⁊ locorum

huiusmodi cõuentus/religiose ꝑsone/aut vasalli/etiã vtriusq̃
sexus ad receptionẽ etiã alicui⁹ auctoritate taliũ litterarũ ⁊ ꝓ-
cessuũ exinde habitorũ teneantur/nec ꝓpterea interdici/suspẽ
di/vel excõicari possint/cassantes ⁊ irritantes/ac ꝓ infectis et
nullis habentes illa oĩa ⁊ singula talia/expectatiuas/gratias/
facultates/litteras/nominationes/reseruationes/ nominãdi/
reseruandi/vniendi/⁊ alia mandata aplĩca suum effectũ nõdũ
sortita/⁊ alia ꝑ que effectus p̃sentium quomodolibet impediri
posset vel differri/ac decernẽtes illis nullã in iudicio vel extra
fidem adhibendã fore/nec cõuentus ⁊ ꝑsonas eorundẽ mona-
steriorũ ad receptionẽ eorundẽ p̃textu litterarũ ipsarũ teneri/
necnõ ꝓut est irritũ ⁊ inane si quid secus suꝑ his a quoq̃ qua-
uis auctoritate scienter vel ignorãter imposterũ cõtigerit attẽ-
ptari. Nõ obstantibus si in facultatib⁹ ⁊ litteris seu mandatis
hmõi tales apposite fuerint clausule/ scʒ aut si locorũ ordina-
rijs/seu abbatib⁹/abbatissis/vel cõuentibus dicti ordinis vel
quibusuis alijs cõmuniter vel diuisim ab eadẽ sede indultũ sit
qđ ad receptionẽ vel ꝓuisionẽ alicui⁹ minime teneanť/ ⁊ ad id
cõpelli/aut qđ interdici/suspendi/vel excõmunicari nõ possint
ꝑ litteras aplĩcas nõ faciẽtes plenã ⁊ exp̃ssam/ac de verbo ad
verbũ de indulto hmõi mentionẽ/ꝑ quã quidẽ clausulã aut cu
iusuis alterius similis vel efficacioris clausule adiectionẽ vel
appositionẽ decernim⁹ p̃sentibus nõ fuisse sufficienter deroga-
tũ/ac cõstitutionib⁹ ⁊ ordinationib⁹ aplĩcis/priuilegijs quoq̃
ac statutis ⁊ cõsuetudinib⁹ ordinis/monasteriorũ/iuramento/
cõfirmatione aplĩca/vel quacũq̃ firmitate alia roboratis/ cete
risq̃ cõtrarijs quibuscũq̃. Nulli ergo oĩno hominũ liceat hãc
paginã nostroꝝ statuti/declarationis/ cõcessionis/cassationis
⁊ irritationis infringere/vel ei ausu temerario cõtraire. Si qs
autẽ hoc attemptare p̃sumpserit/indignationẽ omnipotentis
dei/⁊ beatorũ Petri ⁊ Pauli aplõrum eius se nouerit incursu-
rum. Datum Rome apud sanctũ Petrũ/Anno incarnationis
dñice M.cccc.lviij.iij.kl'. Maij. Põtificat⁹ nostri Anno quar
to. Ceterũ qꝛ difficile foret p̃insertas ⁊ presentes litteras ad
singula in quib⁹ de eis fides forsan facienda fuerit loca defer-

re volumus ꝛ aplica auctoritate supradicta decernim⁹ q̄ð ipsarū transumpto alicuius ep̄alis/vel supioris curie ecclesiastice sigillo munito/ac signo ꝛ subscriptione notarij publici signato ꝛ legalis in iudicio ꝛ extra tanq̄ʒ ipsis p̄insertis ꝛ p̄sentibus litteris si exhiberent̄ plena fides adhibeatur/ac pinde stet̄/ac si ipse p̄inserte ꝛ p̄sentes littere forent exhibite vel ostēse. Nulli ergo oino hominū liceat hanc paginā nostrorum cōfirmationis/cōmunitionis/suppletionis/voluntatis/ꝛ decreti infringere/vel ei ausu temerario ꝯtraire. Si quis aūt hoc attēptare p̄sumpserit/indignationē omnipotētis dei/ac beatorum Petri ꝛ Pauli apostolorū eius se nouerit incursurū. Datum Mantue Anno incarnationis dn̄ice M.cccc.lix.vij.kl̄.Augusti. Pontificatus nostri Anno primo. Cum aūt sicut accepimus nonnulli cōtra tenorē predictarū litterarū monasterijs ipsius Cistercien̄ ordinis quādoq̄ʒ p̄ficiantur/aut eis monasteria ipsa cōmittantur/siue in cōmendā cōcedantur/ꝛ ꝑpterea monasteria huiusmodi tam in spiritualib⁹ q̄ʒ temporalibus nō modica passa fuerint ꝛ patiantur detrimēta. Nos ipsorū monasteriorū ꝛ dicti ordinis statum prosperū ꝛ tranquillū paterno zelantes affectu/motu ꝓprio non ad alicui⁹ super hoc nobis oblate petitionis instātiā/sed de nostra mera liberalitate statuta/declarationes/cassationes/irritationes/ꝛ decreta predicta tam ꝑ ipsum Pium/ac bone memorie Nicolaū.v.et Calistum.iij. Romañ pontifices p̄decessores nostros/quā Baldasarē ep̄m Tusculañ Johannē.xxiij.in sua obedientia nūcupatum/vt in preinsertis eorū litteris cōtinetur/facta ꝛ concessa rata ꝛ grata habentes/illa ac omnia ꝛ singula in eisdem singulis litteris contenta/necnō inde secuta quecunq̄ʒ/auctoritate aplica ex certa scientia ꝛ de plenitudine sedis aplice potestatis tenore presentium pro nobis ꝛ successorib⁹ nostris Romanis pontificibus de fratrū nostrorū consilio cōfirmamus ꝛ approbamus/ac presentis scripti patrocinio cōmunimus/supplentes omnes ꝛ singulos defectus si qui forsan interuenerint in eisdē/ipsasq̄ʒ singulas litteras innouamus/vimq̄ʒ ꝛ vigorem perpetuo habere ꝛ viribus subsistere decernim⁹. Non obstantibus omnib⁹ que

Nicolaus/Calistus/⁊ Pius p̄decessores nostri/⁊ Baldasar p̄-
fati in p̄dictis eorũ litteris voluerunt nõ obstare/ necnon qui-
busuis specialibus ⁊ generalibꝰ reseruationibꝰ/litteris cõmen
dis/ꝓuisionibus/regulis/⁊ cõcessionibus/aliȷ́sqꝫ cõstitutioni-
bus ⁊ ordinationibꝰ apostolicis ex quacũqꝫ causa ꝓcesserint/
modolibet hactenus suscitatas/ꝛ renouatas/ac in posterū sus
citandas ꝛ renouandas quibuscūqꝫ personis cuiuscūqꝫ stat⁹/
gradus/ordinis/dignitatis/ꝛ conditionis existant reseruatas
hactenus ꝛ imposterū reseruandas/ac litteras apostolicas sin
gulosqꝫ ꝓcessus exinde habitas ꝛ habendas ꝛ inde secuta que
cunqꝫ ꝛ secutura preter sue sanctitatis intentionē emanasse/ ꝛ
imposterum emanare/ac irrita ꝛ inania nulliusqꝫ roboris vel
momenti fuisse ꝛ esse/illorūqꝫ omniū ꝛ singulorum tenores/se-
ries/ꝛ effectus ꝓ sufficienter expressis habens/ꝛ ꝓ nullis/cas-
sis/irritis/ꝛ infectis haberi debere/ ecclesiasqꝫ/ monasteria/ et
alia beneficia huiusmodi obtinen̄ ad earundē sic suscitatarum

⁊ renouatarũ pensionũ/etiam in toto vel in qualibet earũ parte solutionẽ minime obligari vel teneri/aut etiam ad litterarũ ꝓcessum huiusmodi pretextu a quoq̃ cõpelli possint/ nec etiã illis sententijs/censuris/⁊ penis in litteris ⁊ ꝓcessibus huiusmodi cõtentis ⁊ insertis vel illarum aliqua ꝓpterea ligari/ ac quicquid hactenus contra p̄sentis constitutionis tenorem etiam motu ⁊ scientia predictis attemptatũ forsan hactenus ⁊ in posterum cõtigerit attemptari/etiã cum totali expressione huiusmodi constitutionis irritum ⁊ inane motu ⁊ scientia similibus ⁊ auctoritate predicta decreuit et declarauit. Placet motu proprio. Et ita mandamus publicetur ⁊ describetur in cancellaria.

Lecta ⁊ publicata fuit supradicta regula in cancellaria apostolica die videlicet. xvj. mensis Decẽbris. Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimoquinto. Põtificatus sanctissimi dñi nostri dñi Sixti diuina prouidentia pape. iiij. Anno quinto. G. de puteo.

Eiusdem. Confirmatio amplissima priuilegiorum ordinis.



Sixtus Eps seruus seruoꝝ dei. Ad futurã rei memoriã. Prouisionis nostre debet ꝓuenire subsidio vt suũ ius cuilibet cõseruetur. Hinc est q̃d nos tenorẽ quarundã litterarũ felicis recordationis Pij pape. ij. p̄decessoris nostri in registro ipsius p̄decessoris repertum/ pro eo q̃d sicut exhibita nobis nuper ꝑ parte dilectoꝝ filioꝝ Cistercieñ Cabiloneñ dioc/⁊ aliorũ abbatũ/necnõ dilectarũ in christo filiarũ abbatissarũ eiusdem ordinis monasteriorũ ⁊ conuentuũ eorũdẽ petitio cõtinebat/ipsi hmõi tenore ex certis causis se asserũt indigere/ de registro ipso de verbo ad verbum transcribi/⁊ ad ipsorũ abbatum abbatissarum/ et

136

cōuentuū supplicantiū instantiā p̄sentibus annotari fecimus/
qui talis est. Pius Episcopus seruus seruoꝝ dei. Ad fu-
turā rei memoria. Et si quibuslibet ꝑsonis ecclesiasticis ac reli-
giosis p̄sertim illis qui mundi cōtemnētes illecebras in humi-
litatis habitu regi cunctorū principū in abstinentia ⁊ diuinis
officijs suas animas deuouerūt/ex paterne pietatis officio te-
neamur assistere/ꝓfessores tū Cistercieñ ordinis vtriusq; sex
eo feruentiori caritate cōplectimur/quo ipsum ordinē in dei ec-
clesia conspicuū ⁊ insignē vberiori dilectione ꝓsequimur/ vn-
de si quādo priuilegia/gratie/⁊ indulta ꝓ exaltatione ⁊ incre-
mento eiusdē ordinis ac pace ⁊ trāquillitate in eo virtutū dño
militantiū ꝑ Romanos pontifices p̄decessores nostros aut im
peratores ⁊ reges cōcessa ⁊ indulta cōperimus/vt perpetuā fir
mitatē obtineāt ea merent aplici roboris clipeo cōmuniri. Sa
ne petitio dilectorū filiorū abbatis Cistercieñ monasterij Ca-
biloneñ dioc./eiusq; coabbatū/abbatissarū ⁊ conuentuū ordi-
nis eiusdē nobis nuper exhibita cōtinebat/qđ olim nōnulla p̄-
uilegia/imunitates/exemptiones/libertates/ gratie/ cōserua-
torie/⁊ indulta ꝑ felicis recordationis Innocentiū.iiij. Alexan
drū.iiij. Urbanū.iij. Gregoriū.viij. Honoriū.iij. Clementem
v. ⁊ q̄plures alios Romañ pōtifices p̄decessores nostros/ seu
ꝓ Romañ pontificibus in eoꝝ obedientijs habitos/ ac etiam
ꝑ recolende memorie p̄latos/pontifices/ imperatores/ ac Ro-
mañ ⁊ alios reges/ꝓ augmento diuini cultꝰ ⁊ saluberrimo sta-
tu ⁊ incremento ordinis p̄libati concessa fuerūt pariter ⁊ idul-
ta. Uerū sicut eadē petitio subiungebat cū cōtingat interdum
dicti ordinis ꝓfessores cōtra hmōi priuilegia ⁊ indulta per lo-
corū ordinarios ac prelatos ⁊ alios qui nomē dñi inuanū reci-
pere nō formidant indebite molestari/ꝓ parte dictorum abba
tis Cistercij/coabbatū eius/abbatissarū/⁊ conuentuū ordinis
p̄libati nobis fuit humilit' supplicatū/vt hmōi priuilegijs/gra-
tijs/⁊ indultis/ac litteris p̄decessorū/prelatorū/pontificū/im-
peratorū/⁊ regum prefatorū/robur aplice cōfirmationis adij-
cere/⁊ alias ad eorū ꝑpetuū robur obtinendū/partes aplice ꝓ
uisionis interponere de benignitate aplica dignaremur. Nos

fo. 135.

igitur eorundē predecessorū vestigijs inherētes/ ac cupientes tranquillitati ꝛ paci abbatū/ abbatissarū/ ꝛ conuentuū/ ac professorū hmōi quantū cū deo possumus ꝓuidere/ hmōi supplicationibus inclinati/ priuilegia/ imunitates/ libertates/ exemptiones/ cōseruatorias/ gratias/ ꝛ indulta ꝑ quoscūqꝫ Romanū pōtifices p̄decessores nostros/ seu ꝑ Romanū pōtificibus in eorū obedientijs habitos/ abbatib⁹ dicti monasterij Cistercij/ eius coabbatib⁹/ abbatissis/ ꝛ cōuentibus ordinis eiusdē ꝯiunctim vel diuisim vt p̄fertur cōcessis ꝛ cōcessa/ necnō p̄latorū/ pontificū/ imperatorū/ regum/ ac dominoꝝ temporaliū/ litteras huiusmodi/ ꝛ oīa ꝛ singula in eis cōtenta ꝓut rite ꝛ iuste ac rationabiliter ꝓcesserunt/ ꝛ p̄fato ordini fuerunt seruata/ quoꝝ omniū ꝛ singulorū tenores de verbo ad verbū p̄sentibus haberi volumus ꝓ sufficiēter exp̄ssis exnunc imperpetuū auctoritate ap̄lica tenore p̄sentiū approbamus/ ac etiā cōfirmamus/ ꝛ p̄sentis scripti patrocinio cōmunimus. Uniuersos ꝛ singulos ecclesie p̄latos/ patriarchas/ primates/ archiep̄os/ ep̄os/ abbates/ priores/ decanos/ archidiaconos/ p̄positos/ archip̄sbyteros/ officiales/ ꝛ alios in dignitate cōstitutos/ necnō principes christianos quacūqꝫ dignitate fulgētes ꝛ eorū officiarios/ Ciuitatū quoqꝫ villarū seu cōmunitatū rectores et maiores/ rogantes/ monētes ꝛ hortātes attēte/ eisqꝫ ꝑ ap̄lica scripta in virtute sancte obediētie ꝛ sub excōicationis pena districte p̄cipiendo mādantes quatenus p̄dictos abbates/ abbatissas/ cōuentus/ ꝛ ꝑsonas ordinis p̄nominati p̄tactis priuilegijs/ imunitatib⁹/ exemptionibus/ libertatibus/ gratijs/ conseruatorijs ꝛ indultis/ ꝓut vsi sunt gaudere ꝑmittāt pacifice ꝛ quiete. Cōtradictores ꝑ censurā ecclesiasticā ꝛ alia iuris remedia appellatione postposita cōpescendo inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis decernētes ea fore vbicunqꝫ ꝛ quādocūqꝫ exhibita fuerint vel ostensa in iudicio ꝛ extra imppetuū obseruāda/ ac exnunc irritū ꝛ inane quicq̄d imposterū contra approbationē/ cōfirmationē/ cōmunitionē/ ꝛ decretum nostra huiusmodi a quo q̄s quauis auctoritate scienter vel ignoranter ꝯtigerit quōlibet attemptari. Nulli ergo oīno hominū liceat hanc paginā nostre

s

137

approbationis/cõfirmationis/cõmunitiõis/rogationis/moni-
tiõis/hortationis/mãdati/ꝛ cõstitutiõis infringere/ vel ei au-
su temerario cõtraire. Si quis aũt hoc attemptare p̃sumpserit
indignationẽ omnipotẽtis dei ꝛ beatorũ Petri ꝛ Pauli ap̃lo-
rum eius se nouerit incursurũ. Datum Mantue. Anno incar-
nationis dñice M.cccc.lix. Pridie Non Augusti. Pontifica-
tus nostri Anno primo. Ceterũ vt earundẽ litterarũ tenor
p̃dictus sic insertus omnimodã rei facti certitudinẽ faciat apo
stolica auctoritate decernimus vt illud ijdem robur eandemq̃
vim ꝛ eundẽ vigorem dictus tenor per omnia habeat que ha-
berent originales littere supradicte/ꝛ etiam prorsus eidem te-
nori fides adhibeatur quandocũq̃ ꝛ vbicũq̃ siue in iudicio si-
ue alibi vbi fuerit exhibitus vel ostensus/ꝛ eidem firmiter ste-
tur in omnibus sicut eisdem originalibus litteris staretur si fo
rent exhibite vel ostense. Per hoc aũt nullũ ius cuiq̃ de nouo
acquiri volumus/sed antiquũ tantũmodo cõseruari. Nulli er-
go oĩno hominũ liceat hanc paginã nostre cõstitutionis ꝛ vo-
luntatis infringere/vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis au-
tem hoc attemptare p̃sumpserit/ indignationẽ omnipotentis
dei ꝛ beatorũ Petri ꝛ Pauli ap̃lorum eius se nouerit incursu-
rum. Datum Rome apud sanctũ Petrum. Anno incarnatio-
nis dominice M.cccc.lxxv. Non Martij. Pontificatus nostri
Anno quinto.

L° 23 anno 4° et 5°/ sixti 4 folio 8 In eod. libro q̃ p̃uilegiorum folio 128

L° 3° de diuersis anno 3° Innocentij viij/ folio 29

Priuilegi dñi Innocẽtij pape: viij.

Optima declaratio ꝛ cõfirmatio. Q ab-
bates/monachi/abbatisse/moniales/va-
salli/subditi/seruiẽtes/ monasteria/ loca/
ꝛ mẽbra/ ac omnia bona ordinis semp
fuerũt sub summi põtificis ꝛ sedis ap̃lice
protectione/ ꝛ ei immediate subijciũtur.

fo. 136.

Sūtq́ʒ exēpti ⁊ exēpta ab omni iurisdicti
one episcoporum ordinariorū/ipsorūq́ʒ
officialiū. Et ꝙ nō tenemur ad p̄stationē
aliquarū collectarū / seu subsidiorū/ aut
ꝓcurationū/ ⁊ aliarū exactionū ꝑ sedem
ap̄licam seu eius legatos/ aut eorū aucto
ritate/seu ꝑ locorū ordinarios aut alios
ꝓ tēpore impositorū/cōfirmādo litteras
desuꝑ confectas/ ⁊ supplēdo defect⁹. Et
nihilomin⁹ de abūdantiori gratia de no
uo monasteria/loca/mēbra/ ⁊ bona om-
nia p̄sentia ⁊ futura/necnō abbates/ ab-
batissas. ⁊c̄. vt p̄mittitur sub beati Petri
⁊ sedis ap̄lice ꝓtectione suscipit/ ⁊ ab om
ni iurisdictione/suꝑioritate/correctione/
visitatione/dominio/ ⁊ ptāte ep̄orum/ ⁊
iudicū ordinarioꝝ/eorūq́ʒ officialiū/ nec
nō a solutione subsidiorū/etiā caritatiuo
rū ꝓcurationū collectarū ⁊ aliarū exactio
nū ꝑpetuo ꝓrsus eximit/ ⁊ totaliter libe-
rat/ ⁊ sedi p̄dicte īmediate subiicit/ ita ꝙ
ep̄i ⁊ ordinarij/etiā ratione delicti/aut cō
tractus/aut rei de qua agerētur nullā in
nos/ ⁊ loca/ac bona nostra tāq́ʒ prorsus

138

exemptos ⁊ exempta iurisdictionē/domi
niū/vel potestatē exercere/aut sententias
excōis/suspēn/seu iterdicti/aut quascūq3
alias censuras ꝓmulgare pñt. Nec possu
mus corā illis aut sedis aplice delegatis
vocari/nisi in eorū litteris de ꝑsentibus
de verbo ad verbū fiat mentio/aut quo-
uis modo directe vel indirecte cōtra ista
molestari.

INnocentius Epus seruus ser-
uorum dei. Ad ꝑ-
petuā rei memoriā. Ad Romani pōtificis spec
tat officiū suorum ꝑdecessorum inherēdo vesti
gijs/illa que per ipos ꝑdecessores laudabiliter
ac ꝓuida ratione ꝓ statu ⁊ quiete ꝑsonarū sub
regulari obseruantia assidue studio pievite va
cantiū gesta sunt/vt maiorē obtineāt roboris
firmitatē/quo sepius fuerint aplico ꝑsidio cōmunita/sui presi-
dij munimine roborare/ac illa etiā de nouo cōcedere ꝓut rati-
onabiles cause suadent/⁊ id in dño cōspicit salubriter expedi-
re. Sane ꝓ parte dilectorū filiorū Johannis Cistercij Cabilo-
neñ dioc/aliorūq3 Cistercieñ ordinis monasterioꝝ abbatū/et
cōuentuū eorundē nobis nuper exhibita petitio cōtinebat/ꝙ
licet ipsi eorūq3 ac dicti ordinis monasteria tam virorū ꝙ̄ mu-
lierū/⁊ alia religiosa loca ⁊ mēbra/ac monachi/ moniales/ va-
salli/subditi/⁊ eis seruientes/bonaq3 omnia/iā dudū ꝑ plures
Romanos pontifices ꝑdecessores nostros sub ipsorū pontifi-
cū ⁊ aplice sedis ꝓtectione recepti ⁊ recepta/ac sedi ꝑdicte im-
mediate subiecti ⁊ subiecta/necnō ab omni iurisdictione ordi-
naria exempti ⁊ exempta fuerint/eisq3 cōcessum extiterit vt ad

fo. 137.

ꝑstationē aliquarū collectarū/seu subsidiorū/aut ꝓcurationū/ ⁊ aliarū exactionū p sedem ꝑdictā/seu eius legatos/aut ipsoꝝ auctoritate ⁊ mandato/seu p locorū ordinarios/ vel alios pro tēpore impositorū nō tenerenť/tamē desiderant ꝓ maiori coꝝ quiete premissis receptioni/subiectioni/ ⁊ alijs ꝑdictis etiā nostre approbationis robur adijci/illaqȝ omnia etiā p nos eis de nouo cōcedi. Quare pro parte abbatū ⁊ cōuentuū ꝑdictorum nobis fuit humiliter supplicatū vt receptioni/exemptiōi/⁊ subiectioni ꝑdictis/ac singulis desuper cōfectis litteris pro illorū subsistētia firmiori robur nostre approbationis adijcere/ ac cos necnō monasteria/loca/membra/monachos/moniales/ vasallos/subditos/seruiētes/⁊ bona omnia hmōi de nouo sub nostra ⁊ sedis ꝑdicte ꝓtectione suscipere/ac ab huiusmodi iurisdictione ꝑpetuo eximere ⁊ totaliter liberare/ aliasqȝ in premissis oportune ꝓuidere de benignitate aplica dignaremur. Nos igitur qui in singulorū sub regulari obseruātia pie vite studio vacātiū quiete reficimur/cupiētes vt religiosi dicti ordinis/quos pre ceteris ꝓpter vberes fructus quos in militanti ecclesia cōtinue bonis eorū operibus afferunt/in visceribus gerimus caritatis eo liberius diuinis beneplacitis insistere possint/ quo a sede predicta maiori libertatis priuilegio nouerint se cōmunitos/hmōi supplicationibus inclinati/receptionē/ exemptionē/ subiectionē/ac singulas desup cōfectas litteras cū oībus ⁊ singulis in eis cōtentis clausulis/auctē aplica ⁊ ex certa sciētia tenore ꝑsentiū approbamꝰ/ac ꝑpetue et inuiolabilis firmitatꝭ robur obtinere decernimꝰ/ supplentes oēs ⁊ singulos defectus si qui forsan interuenerint in eisdē. Et nihilominꝰ ꝓ potioris cautele suffragio monasteria/loca/mēbra/bona oīa ꝑdicta ꝑsentia ⁊ futura/abbates/abbatissas/monachos/moniales/vasallos subditos/⁊ seruiētes ꝑfatos/nunc ⁊ ꝓ tēpore existētes/auctē ⁊ sciētia ꝑfatis/sub beati Petri ⁊ sedis predicte atqȝ nostra ꝓtectione suscipimus/ac ab omni iurisdictione supioritate/correctione/visitatione/dominio/⁊ ꝑtāte archiepōꝝ/epōrum/⁊ aliorū iudicū ordinariorū/eorūqȝ vicariorū ⁊ officialiū quorumcūqȝ/ Necnō a solutione subsidiorū etiā caritatiuorū/ ꝓcurationū/ Nota

.139

collectarū ⁊ aliarū exactionū/hmōi ꝓ tēpore imponendarū/au
ctoritate ⁊ sciētia p̄fatis ꝑpetuo prorsus eximimus/ ⁊ totaliter
liberamus/ac nobis ⁊ sedi p̄dicte imediate subijcimus/ita ꝙ ar
chiep̄i/ep̄i/ordinarij/vicarij/iudices/⁊ officiales predicti etiam
ratione delicti/aut cōtractus/vel rei de qua ageretur vbicunqꝫ
cōmittat̃ delictum iniat̃ cōtractus/aut res ipsa consistat/nullā
in eos ⁊ eorū aliquē aut monasteria/mēbra/⁊ bona p̄dicta tan
ꝙ̄ ꝓrsus exemptos ⁊ exempta iurisdictionē/correctionē/supe-
rioritatē/dominiū/vel potestatem exercere/aut excōicationis/
suspensionis/vel interdicti/aut quasuis alias sentētias/censu-
ras/⁊ penas ecclesiasticas ꝓmulgare p̄sumant/seu possint aut
debeant quoquō. Nec ipsi sic exempti corā illis aut ipsiꝰ sedis
delegatis/vel subdelegatis/nisi in litteris eis ꝓ tēpore directis
de p̄sentibus specialis specifica ⁊ expressa/ac de verbo ad ver-
bū mentio fiat ad iudiciū euocari/aut quouismodo directe vel
indirecte molestari possint. Decernētes oēs ⁊ singulos proces-
sus sentētias/censuras ⁊ penas/quos ⁊ quas ꝑ archiep̄os/epi
scopos ordinarios/iudices/vicarios/ ⁊ officiales p̄dictos/ seu
eorū aliquē cōtra abbates/⁊ alios exemptos/necnō monaste-
ria/⁊ loca huiusmodi etiā exempta/vt p̄fertur haberi/vel pro-
mulgari/necnō quicquid secus super his ab eis ⁊ alio quoquā
quauis auctoritate sciēter vel ignorāter cōtigerit attemptari/
irrita ⁊ inania nulliusqꝫ roboris vel momēti. Nō obstañ felicis
recordationis Innocētij pape.iiij.etiā p̄decessoris nostri/ que
incipit/ Volentes/⁊ alijs cōstitutionibꝰ ⁊ ordinationibꝰ apo-
stolicis /statutis quoqꝫ ⁊ cōsuetudinibꝰ monasterioꝝ ⁊ ordinis
predictorū/iuramento cōfirmatione apl̄ica/ vel quauis firmi-
tate alia roboratis/necnō omnibꝰ illis que in singulis litteris
p̄dictis cōcessum est nō obstare ceterisqꝫ cōtrarijs quibuscūqꝫ.
Verū q2 difficile foret presentes litteras ad singula queqꝫ loca
in quibꝰ expediēs foret deferre/volumꝰ ⁊ p̄fata auc̄te decerni-
mus ꝙ illarū trāsumptis manu publici notarij inde rogati sub
scriptis ⁊ sigillo alicuiꝰ curie ecclesiastice aut ꝑsone in dignita-
te ecclesiastica cōstitute munitis/ea ꝓrsus in iudicio ⁊ extra et
alias vbilibet fides adhibeat̃ que p̄sentibꝰ adhiberet̃ si essent

exhibite vel ostense. Nulli ergo oino hominū liceat hanc paginā nostre approbatiōis/decreti/suppletionis/susceptionis/exēptionis/liberatiōis/subiectiōis/cōstitutionis/ et volūtatis infringere/ vel ei ausu temerario cōtraire. Si qs aūt hoc attēptare psūpserit/ indignationē oipotētis dei/ ac btōꝝ Petri et Pauli aplorum eiꝰ se nouerit incursurū. Datū Rome apud sanctū Petrū. Anno incarnationis dñice M.cccc.lxxxvij.iij.kl. Septembris. Pontificatus nostri Anno tertio.

Eiusdē. Bulla executorialis in forma rigorosa priuilegij imediate pcedentis cōtinēs ipm de verbo ad verbū cōmitteñ abbati sancti Stephani Diuioneñ/ necnon decanis Parisieñ et Cameraceñ cū magna ptāte vt faciāt nos gaudere oibꝰ in dicta bulla cōtentis. Uide bene textū.

INnocentius Eps seruus seruorum dei. Dilectis filijs abbati monasterij sancti Stephani de Diuione Lingoneñ diocesis et Parisieñ ac Cameraceñ ecclesiarū decanis. Salutē et aplicam benedictionē. Hodie a nobis emanarūt littere tenoris subsequētis. Innocētius Eps seruus seruoꝝ dei. Ad ppetuam rei memoriā. Ad Romani pōtificis spectat officiū suoꝝ pdecessoꝝ inherēdo vestigijs illa q̄ p ipos pdecessores laudabilit ac pruida rōne p statu et quiete psonarū sub regulari obseruātia assidue studio pie vie vacātiū gesta sūt/ vt maiorē obtineāt robor firmitatē q̄ sepiꝰ fuerint aplico psidio cōmunita/ sui psidij munimine roborare/ ac illa etiā de nouo cōcedere put rationabiles cause suadent/ et id in domino conspicit salubriter expedire. Sane p parte

dilectorũ filiorũ Johannis Cistercij Cabilonẽn dioc̃ aliorũqꝫ
Cisterciẽn ordinis monasteriorũ abbatũ ⁊ cõuentuũ eorũdem
nobis nuꝑ exhibita petitio ꝯtinebat. Qꝫ licet ipsi eorũqꝫ ac di-
cti ordinis monasteria tam virorũ q̃ꝫ mulierum/ ⁊ alia religiosa
loca ⁊ mẽbra/ ac monachi/ moniales/ vasalli/ subditi/ ⁊ eis ser-
uientes bonaqꝫ oĩa iãdudũ ꝑ plures Romañ põtifices p̃decef-
sores nostros sub ipsoꝝ pontificũ ⁊ aplĩce sedis ꝓtectiõe recep
ti ⁊ recepta/ ac sedi p̃dicte imediate subiecti ⁊ subiecta/ necnon
ab omni iurisditõe ordinaria exẽpti ⁊ exempta fuerint/ eisqꝫ cõ
cessũ extiterit vt ad p̃statiõnẽ aliquarũ collectarũ seu subsidio-
rũ/ aut ꝓcurationũ/ ⁊ aliarũ exactionũ ꝑ sedem p̃dictã/ seu eius
legatos/ aut ipsorũ auctoritate ⁊ mãdato/ seu ꝑ locorũ ordina
rios vel alios ꝓ tẽpore impositorũ nõ tenerẽtur/ tñ desiderant
ꝓ maiori eorũ quiete p̃missis receptioni subiectioni/ ⁊ alijs pre
dictis etiã nostre approbatiõis robur adijci. Illaqꝫ omnia etiã
ꝑ nos eis de nouo cõcedi. Quare ꝓ parte abbatũ ⁊ cõuentuũ
predictorum nobis fuit humiliter supplicatũ/ vt receptioni/ ex-
emptioni/ ⁊ subiectioni predictis / ac singulis desuꝑ confectis
litteris ꝓ illorũ subsistentia firmiori robur nostre approbatiõis
adijcere/ ac eos/ necnõ monasteria/ loca/ membra/ monachos/
moniales/ vasallos/ subditos/ seruientes/ ⁊ bona omnia hmõi
de nouo sub nostra ⁊ sedis p̃dicte ꝓtectione suscipere/ ac ab hu
iusmodi iurisdictione ꝑpetuo eximere/ ⁊ totaliter liberare/ ali-
asqꝫ in premissis oportune ꝓuidere de benignitate apostolica
dignaremur. Nos igitur qui in singuloꝝ sub regulari obseruã
tia pie vite studio vacantiũ quiete reficimur/ cupientes vt reli-
giosi dicti ordinis quos p̃ ceteris ꝓpter vberes fructus quos
in militanti ecclesia cõtinue bonis eorũ operibus afferũt/ in vi
sceribus gerimus caritatis eo liberius diuinis beneplacitis in-
sistere possin: quo a sede p̃dicta maiori libertatis priuilegio no
uerint se cõmunitos/ hmõi supplicationibus inclinati/ receptio
nẽ/ exemptionẽ/ subiectionẽ/ ac singulas desuꝑ cõfectas litte-
ras cũ omnibus ⁊ singulis in eis ꝯtentis clausulis auctoritate
aplĩca ⁊ ex certa nostra scientia tenore p̃sentiũ approbamus/ ac
ꝑpetue ⁊ inuiolabilis firmitat robur obtinere decernim⁹/ sup-

ꝑlentes omnes ⁊ singulos defectus si qui forsan interuenerint
in eisdē. Et nihilominꝰ ꝓ potioris cautele suffragio/monaste-
ria/loca/mēbra/bona omnia p̄dicta/p̄sentia ⁊ futura/abbates
abbatissas/monachos/moniales/vasallos/subditos/⁊ serui-
entes p̄fatos/nunc ⁊ ꝓ tēpore existētes/aucte ⁊ scientia p̄fatis/
sub beati Petri ⁊ sedis p̄dicte atqꝫ nostra ꝓtectione suscipimꝰ/
ac ab omni iurisdictiōe/supioritate/correctiōe/visitatione/do-
minio/⁊ ptāte/archiep̄oꝝ/ep̄oꝝ/⁊ alioꝝ iudicū ordinarioꝝ/ eo
rūqꝫ vicariorū ⁊ officialiū quorūcūqꝫ/necnō a solutiōe subsidi-
orū etiā caritatiuorū/ꝓcurationū/collectarū/⁊ aliarū exactio-
nū/hmōi ꝓ tēpore imponendarū/aucte ⁊ scientia p̄fatis/ ꝑpe-
tuo ꝓrsus eximimꝰ ⁊ totaliter liberamꝰ/ac nobis ⁊ sedi p̄dicte
īmediate subijcimus/ita ꝙ archiep̄i/ep̄i/ordinarij/vicarij/iudi
ces/⁊ officiales p̄dicti/etiā ratione delicti/aut ꝯtractus/ vel rei
de qua ageṙ vbicūqꝫ cōmittaṙ delictū iniaṙ contractus aut res
ipsa ꝯsistat nullā in eos ⁊ eorū aliquē/aut monasteria/ mēbra/
⁊ bona p̄dicta tanqꝫ ꝓrsus exemptos ⁊ exempta/iurisdictionē/
correctionē/ superioritatem/ dominiū /vel potestatē exercere/
aut excommunicationis/suspēsionis/vel interdicti/ aut quas-
uis alias sentētias/cēsuras/ ⁊ penas ecclesiasticas ꝓmulgare p̄
sumant/seu possint aut debeāt/quoquō/nec ipsi sic exempti co
rā illis aut ipsiꝰ sedis delegatis vel subdelegatis/nisi in litteris
eis ꝓ tēpore directis de p̄sentibꝰ specialis/specifica ⁊ exp̄ssa ac
de verbo ad verbū mentio fiat ad iudiciū euocari/ aut quouis-
modo directe vel indirecte molestari possint. Decernētes oēs
⁊ singulos ꝓcessus/sententias/cēsuras/⁊ penas/ quos ⁊ quas
ꝑ archiep̄os/ep̄os/ordinarios iudices/ vicarios/⁊ officiales p̄-
dictos/seu eorū aliquē/cōtra abbates ⁊ alios exēptos/necnon
monasteria ⁊ loca hmōi etiā exempta vt p̄fertur haberi vel ꝓ-
mulgari/necnō quicquid secꝰ sup his ab eis ⁊ alio quoqꝫ qua-
uis auctoritate sciēter vel ignorāter cōtigerit attemptari/ irri-
ta ⁊ inania/nulliusqꝫ roboris vel momēti. Nō obstañ felicis re
cordatōis Innocētij pape. iiij. etiā p̄decessoris nostri/q̄ incipit
Volētes/⁊ alijs cōstitutionibꝰ ⁊ ordinationibꝰ aplicis/statutis
qꝫ ⁊ ꝯsuetudinibꝰ monasterioꝝ ⁊ ordinis p̄dictorū/ iuramento

141

confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis. Necnõ omnibus illis que in singulis litteris predictis conces-
sum est nõ obstare/ceterisq; ꝯtrarijs quibuscũq;. Uerum quia
difficile foret p̃sentes litteras ad singula queq; loca in quibus
expediens foret deferre volumus/ꝛ p̃fata auctoritate decerni-
mus ꝙ illarũ trãsumptis manu publici notarij inde rogati sub
scriptis/ꝛ sigillo alicuius curie ecclesiastice/aut ꝑsone in digni-
tate ecclesiastica ꝯstitute munitis/ea prorsus in iudicio ꝛ extra
ꝛ alias vbilibet fides adhibeatur que p̃sentibus adhiberetur
si essent exhibite vel ostense. Nulli ergo omnino hominũ lice-
at hanc paginã nostre approbationis/decreti/suppletionis/sus-
ceptionis/exemptionis/liberationis/subiectionis/ cõstitutio-
nis ꝛ voluntatis infringere/vel ei ausu temerario cõtraire. Si
quis autẽ hoc attemptare p̃sumpserit/indignationẽ omnipo-
tentis dei/ ac beatorũ Petri ꝛ Pauli aplorum eius se nouerit
incursurum. Datũ Rome apud sanctũ Petrũ. Anno incarna-
tionis dñice M.cccc.lxxxvij.iij. kl. Septembris. Pontificat⁹
nostri Anno tertio. Quocirca discretioni vestre ꝑ apostoli-
ca scripta mandamus quaten⁹ vos vel duo aut vnus vestrum
ꝑ vos vel aliũ seu alios premissa omnia ꝛ singula vbi quãdo ꝛ
quotiẽs expedierit/ac ꝓ parte dictorũ exemptorũ in p̃insertis
litteris nominatoꝝ seu alicui⁹ eorũ fueritis requisiti sollenni-
ter publicãtes/ipsisq; sic exemptis ꝛ eoꝝ cuilibet in p̃missis ef-
ficacis defensionis p̃sidio assistentes faciatis eos approbatio-
nis susceptionũ/exemptionũ/liberationũ/ꝛ predictarũ pacifi-
ca possessione vel quasi gaudere. Non ꝑmittentes eos aut ali-
quẽ eorũ per archiep̃os/ep̃os/ordinarios/ vicarios/ ꝛ officia-
les p̃dictos/aut aliquẽ eorum cõtra sup̲ susceptione/exemptio
ne/liberatione/approbatione/ꝛ alijs in eis cõtentis ꝯfectarum
tam Romanorũ pontificũ predecessoꝝ nostrorũ/q̃ꝫ nostrarum
litterarũ tenores quõlibet molestari/inquietari/ vel ꝑturbari/
Cõtradictores ac molestatores quoslibet ꝛ rebelles auctorita-
te nr̃a appellatione postposita cõpescendo Inuocato ad hoc si
opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstañ felicis recor-
dationis Bonifatij pape. viij. predecessoris nostri qua cauet

ne quis extra suā ciuitatē vel diocesim nisi in certis exceptis casibus/ et in illis vltra vnā dietā a fine sue diocē. ad iudiciū euocetur. Seu ne iudices ac cōseruatores a sede apl'ica deputati extra ciuitatē et diocesim in quibus deputati fuerint cōtra quoscunq; pcedere/ aut alij vel alijs vices suas cōmittere psumāt. Et de duabus dietis in cōcilio generali editis/ ac de psonis vltra certum numerū ad iudiciū nō euocandis et alijs apl'icis constitutionibus/ statutis quoq; et cōsuetudinibus monasterioꝝ et ordinis in ipsis insertis litteris expressorū iuramēto ꝯfirmatione apl'ica vel quauis firmitate alia roboratis cōtrarijs quibuscūq;/ aut si aliquib9 cōiter vel diuisim ab apl'ica sit sede indultū qd interdici/ suspēdi/ vel excōicari nō possint p litteras apostolicas nō facientes plenā et expressam ac de verbo ad verbū de indulto hmōi mentionē. Datū Rome apud sanctū Petrū Anno incarnatiōis dñice M.cccc.lxxxvij. iij. kl'. Septembris. Pontificatus nostri Anno tertio.

Idem declarans monasteria/ loca/ et psonas ordinis nō indigere alia visitatione quā illa que fit per patres abbates/ aut cōmissarios p generale capitulū vel abbatē Cistercij deputatos motu pprio. etc. Cassat omnes litteras quibuscūq; concessas sup visitationibus locorū et personarum ordinis et reponit ordinem in eo statu libertatis in quo erat ante huiusmodi litterarū emanationē/ statuēdo q predicta loca p nullas lr̄as in posterū cōcedēdas visitari possint/ nisi p pdictos de ordine in

hibēdo oībus alijs ne p̄textu quarūcūqꝫ facultatū de monasterijs locis ⁊ p̄sonis/ aut de ipso ordine se itromittere p̄sumāt Committendo dño epo Cabiloneñ/ necnō omnibꝰ canonicis ecclesiarū metropolitanarū/ ac personis in dignitate ecclesiastica cōstitutis ne p̄mittant monasteria ⁊ loca illorūqꝫ personas quomodolibet aliter q̄ꝫ vt premissum est visitari/ seu ab eius quecunqꝫ caritatiua subsidia exigi/ aut occasione alicuius visitatiōis vel alias contra p̄sentium tenorē molestari/ appellatione non obstante. Uide textū multum attente quia non omnia possunt sufficienter in summario explicari. Cum clausula q̄ transumpto fides adhibeat̄. ⁊c̄.

INnocentius Ep̄us seruus seruorū dei. Uenerabili fratri ep̄o Cabiloneñ. Salutem ⁊ ap̄licam bñdictionē. Fidedignoꝝ relatione accepimus quod licet monasteria ⁊ alia religiosa loca Cistercieñ ordinis tā viroꝝ q̄ꝫ mulierū/ illorūqꝫ p̄sone dudū sedi ap̄lice per diuersos Romanos pōtifices p̄decessores nostros subiecta/ illisqꝫ ⁊ ordini p̄dicto diuersa priuilegia ⁊ imunitates ,puide p̄ sedē p̄dictā cōcessa fuerint/ ac p̄fes abbates aut cōmissarij a gnāli cap̄lo

dicti ordinis seu abbate cisterciȷ Cabilonen̄ dioc̄ ꝓ tēpore exi
stente ꝓ tēpore deputati certis tēporibꝰ monasteria ⁊ loca hu-
iusmodi iuxta eorū regularia instituta hactenꝰ laudabiliter ob
seruata visitare cōsueuerint. Tamē nōnulli archiepi̅/epi̅/ ⁊ aliȷ
seculares p̄lati asserentes se ad id a nobis ⁊ sede predicta speci-
alem ꝑ nostras ⁊ eiusdē sedis litteras etiā cum derogatione p̄-
uilegiorū/ exemptionū/ ac imunitatū hmōi habere facultatē.
monasteria/loca/ ⁊ ꝑsonas hmōi in dies visitare velle/ ac iura
visitationū ordinaria/necnō caritatiua subsidia petere ⁊ exige
re conantur/in nō modicū ordinis ⁊ personarū predictorū pre-
iudiciū/ ⁊ detrimentū/ ⁊ eis cōcessorū priuilegioꝝ lesionē. Nos
igitur qui ordinē prefatū illiusꝫ ꝑsonas ꝓpter vberes fructus
quos cōtinue in agro militātis ecclesie afferunt p̄ ceteris in vi-
sceribus gerimus caritatis nobis ꝑsuadentes/ q̄d monasteria
⁊ loca/ac ꝑsone dicti ordinis alia visitatione non indigent quā
illa que ꝑ eorū patres abbates seu cōmissarios/ac alios ꝑ suos
superiores ad id ꝓ tempore deputatos fieri cōsueuit/ qui opti
me de his que ꝓ visitatione monasteriorū locoꝝ/ ⁊ ꝑsonarum
p̄dictorū necessaria existunt instructi habentur/ ⁊ ꝓpterea non
intendētes quod ꝑ alios quā prefatos ⁊ alias iuxta dicti ordi-
nis regularia instituta visitentur/ motu ꝓprio nō ad alicuius
nobis sup̄ hoc oblate petitionis instantiā/ sed de nostra mera
deliberatione ⁊ ex certa scientia auctoritate ap̄lica tenore p̄sen
tiū declaramus omnes ⁊ singulas litteras a nobis hactenus
quouis modo/etiā motu ⁊ scientia similibꝰ concessas/sup̄ visi-
tationibꝰ monasteriorū ⁊ locorū predictorū per alios quā dic-
tos presidentes ac alios p̄dictos/ ⁊ iuxta eorundē ordinū regu
laria instituta/aut generalia vel specialia priuilegia faciendis/
quascūꝫ clausulas etiā derogatoriarū derogatorias/ac priui-
legiȷs p̄dictis oīno derogantes in se cōtinentes/motu ⁊ sciētia
similibus reuocamꝰ/cassamus/irritamus/ ⁊ anullamus/ ac vi-
ribus oīno vacuamus/dictūꝫ ordinē in suū pristinū ⁊ eū sta-
tum in quo antequā ille emanarent quōlibet existebat restitui
mus/reponimꝰ/ ⁊ plenarie reintegramꝰ. Statuētes ⁊ decernē-
tes paribꝰ motu ⁊ sciētia q̄d de cetero ꝑpetuis futuris tēporibꝰ

monasteria ꝛ loca p̄dicta pretextu quorūcūq3 aliaꝝ litterarum̄ ap̄licarū ꝑ nos ꝛ sedē predictā in posterū etiā motu ꝛ sciētia similibꝰ ꝛ ex quibuscūq3 causis/ac cum quibusuis clausulis/etiā derogatoriarū derogatorijs efficacissimis ꝛ in solitis/etiā presentibus expresse derogantibus/ꝛ etiā si ille in eis de verbo ad verbū inserte forent in posterū/etiā ad instantiā imperatoris/regū/ducū/principū/ꝛ aliarū ꝑsonarū quarūcūq3/ cuiuscunq3 dignitatis/statꝰ/gradus/ordinis/ꝛ cōditionis cōcedendaꝝ/visitari nō possint/districtius in virtute sancte obediētie ꝛ sub cēsuris ecclesiasticis inhibētes quibuscūq3 visitatoribꝰ supra nominatis/exceptis hactenus ꝛ ꝓ tēpore deputatis/etiā si patriarchali/archiepiscopali/episcopali/aut quauis alia ecclesiastica dignitate fulgerent/ne p̄textu quarūcunq3 facultatū ꝛ commissionū in genere vel in specie visitandi eis concessarū/ ꝛ factarum se de monasterijs/locis/personis/ ꝛ ordine predictis intromittere quomodolibet presumant/Ac decernentes exnunc irritum ꝛ inane si secus super his a quoquā quauis auctoritate scienter vel ignoranter cōtigerit attemptari. Quo circa fraternitati tue ac quibuscunq3 cathedraliū etiam metropolitanorū ecclesiarū canonicis/ac in dignitate ecclesiastica cōstitutis personis/quos seu quas abbates/priores/ꝛ alie ꝑsone locorum ꝛ monasteriorū predictorū pro tempore existētes ꝛ quilibet ipsorum duxerint requirendos motu ꝛ scientia similibꝰ. Mādamus quatenꝰ ipsi vel duo aut plures seu vnus eorū per se vel alium seu alios ipis in premissis efficacis defensionis presidio assistentes nō permittāt monasteria ꝛ loca predicta illorūq3 ꝑsonas quomodolibet alias quā vt p̄mittitur/ quomodolibet visitari/seu ab illis quecūq3 etiā caritatiua subsidia exigi/ aut occasione aliciuꝰ visitationis/vel alias cōtra presentiū tenorē molestari. Molestatores necnō contradictores quoslibet ꝛ rebelles ꝑ censuras ecclesiasticas ꝛ alia iuris oportuna remedia cū illarum aggrauatione ꝛ reaggrauatione quotiens opus fuerit/appellatione postposita/ cōpescendo. Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus p̄missis ac felicis recordatōis Bonifatij pape. viij. p̄decessoris

nostri quib⁹ cauetur ne quis extra suā ciuitatem vel diocesim/ nisi in certis exceptis casibus ꝛ in illis vltra vnā dietam a fine sue diocesis ad iudiciū euocetur/seu ne iudices a sede deputati predicta extra ciuitatē vel diocesim in quibus deputati fuerint contra quoscūqꝫ procedere/aut alij vel alijs vices suas cōmittere presumant. Et de duabus dietis in concilio generali edita/ac alijs constitutionibus ꝛ ordinationib⁹ apostolicis cōtrarijs quibuscūqꝫ. Aut si aliquibus cōmuniter vel diuisim/ab eadem sit sede indultū quod interdici/suspendi/vel excōmunicari/aut extra vel vltra certa loca ad iudiciū euocari non possint/ p litteras apostolicas nō faciētes plenā ꝛ expressam/ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionē/ ꝛ quibuslibet alijs priuilegijs/indulgētijs/ꝛ litteris apostolicis/ generalib⁹/ vel specialib⁹ quorūcunqꝫ tenorū existant per que presentibus nō expressa vel totaliter nō inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri/ ꝛ de quib⁹ quorūqꝫ totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis que quo ad premissa nolumus eis vllatenus suffragari. Uerū quia difficile foret presentes litteras ad singula queqꝫ loca in quibus expediens fuerit deferre/volumus quod illarū transumptis manu publici notarij subscriptis/ et sigillo prelatorū dicti ordinis vel alicuius eorum aut alterius in ecclesiastica dignitate constitute persone/seu cuiusuis curie ecclesiastice munitis ea prorsus in iudicio ꝛ extra ꝛ alias vbilibet fides adhibeatur que presentibus adhiberetur si forent exhibite vel ostense. Datum Rome apud sanctū Petrum. Anno incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo octuagesimonono. Idus Augusti. Pontificatus nostri Anno quinto.

Eiusdē reuocatio cōmendarū ꝛ amplissima ꝓuisio cōtra eas. Et primo motu proprio. ꝛc. statuit qꝫ oēs monasteria in commendam obtinētes/ exceptis archiepis/

epis/ et notariis sedis aplice habitū et in-
signia notariorū cōtinue deferētib⁹/ quo
rū beneficia nō excedunt mille flor/ sed si
excedūt mille flor cum aliis vniuersis cō-
phēdunt ifra mēsem postq̄ fuerint reqsi-
ti p cōmissarios capituli generalis vel ab
batis Cistercii q̄ est caput ordinis vt mo
nasteria et loca eis cōmēdata dimittāt. Et
si inferiores archiepis et epis habitū or-
dinis assumere ꝑfessionēq̄ monasticā fa
cere velint dicti cōmissarii monasteria eis
in titulū cōferre et possessionē eorū conti
nuare pn̄t/ absq̄ eo q ad aliū sit recurren
dū. Si vero habitū ordinis assumere et
ꝑfessionē emittere noluerint si sponte ce-
dant eis assignet pensio tertie partis fru-
ctuū et ꝑuentuū locorū quoꝝ cōmendis
cesserint. Ita tn̄ q illis cedētibus vel de-
cedētib⁹ pensiones ipse extinguunt. Si
aūt infra dictū tēpus nec cedere nec habi
tū ordinis sumere voluerint cōmende ex
tūc cessare declarant. Et cōmissarii pn̄t de
aliis idoneis ꝑuidere nulla pensiōe illis
cedere nolētibus reseruata/ sed oīno ma

neant priuati monasterijs ⁊ pēsiōe. Por
ro quo ad illos p̄dictos scʒ archiep̄os/
ep̄os/ ⁊ notarios habitū ⁊ insignia cōti
nue deferētes q̄z primū obtinuerint alia
beneficia vt omnia simul ascendāt ad mil
le florenos/ tunc priuilegiū istud contra
eos locū habebit. Si aūt nō obtineāt be
neficia hmōi valoris post eoꝝ mortē mo
nasteria non cōmendabunt/ sed plenarie
ad dispositionē ordinis redibūt. Itē de
cretū q̄ deinceps nulla monasteria cuicū
q̄z cōmendari possint. Itē ad tollendū va
rios abusus qui solēt fieri in resignatiōi
bus ordinat̄ q̄ nulli siue abbates siue cō
mendatarij monasteria resignare possūt/
etiā in manu sūmi pontificis/ nisi habita
licētia cap̄li generalis vel abbatis cister
cij cū litteris eoꝝ que ad curiā deferri de
beant/ ⁊ si aliter fiat monasteria vacāt ⁊ p
ordīnē potest fieri ꝓuisio/ resignātes ma
nent priuati dictis bn̄ficijs. Nec tenent̄
cōuentus aliū recipere nisi sub cōditioni
bus expressius in textu declaratis. Uide
ad longū textū quia tā pregnās est q̄ nō
t

pōt sufficiēter in sūmario declarari. Cum clausula q͠ trāsumptis fides adhibeatur sicut originali.

Innocentius Epus seruus seruorū dei. Ad ꝑpetuā rei memoriā. Regimini vniuersalis ecclesie q̄quis imeriti disponente dn̄o p̄sidentes/ ꝓ monasteriorū ⁊ aliorū religiosorū locorū quorūlibet/ac ꝑsonarū in illis sub regulari obseruātia altissimo famulantiū statu salubriter ⁊ ꝓspere dirigēdo/ ꝓut ex debito nob̄ iniūcti pastoralis tenemur officij/solite cōsideratiōis intuitū libēter extēdim⁹/⁊ ad ea ꝑ que monasteriorū ⁊ locorū eorundē indēnitatib⁹/ ⁊ votiue reformationi/sublatis quibusuis impedimētis/cōsuli possit interponim⁹ solitudinis nostre partes/ac oportune ꝓuisionis remedia fauorabiliter adhibemus/ ꝓut rerū ⁊ tēporū qualitate pensata id in dn̄o cōspicimus salubriter expedire. Sane licet dudū per diuersa priuilegia a diuersis Romanis pontifibus p̄decessoribus nostris sacro Cistercieñ ordini/qui a sui primeua institutione plurimū inter ceteros ordines obseruantie regularis floruit/ac suos palmites in agro militātis ecclesie ꝑ diuersas mundi nationes ob religiosorū dicti ordinis doctrinā/vite sanctimoniā/ac bonos ⁊ exemplares mores/longe lateq̃ disseminauit cōcessa ꝓ ipsius ordinis conseruatione ⁊ obseruātie regularis in illo incremēto ꝓuide statutū ⁊ ordinatum fuerit ne aliqua dicti ordinis monasteria/ p̄oratus/⁊ loca alicui ꝑsone etiā cuiuscūq̃ dignitatis/status/gradus/ ordinis/ p̄eminentie/vel cōditionis foret cōmendari possent/ ⁊ de illis etiā ꝑ sedem ap̄licam facte cōmende nulli⁹ essent roboris vel momēti. Tamē a nōnullis tēporibus citra quā plura monasteria/ p̄oratus/atq̃ loca dicti ordinis ꝑ nos ⁊ sedem eandē cōmendata fuisse reperiūtur/ ꝓut ad p̄sens in h̄mōi cōmendā per diuersas personas ecclesiasticas tā seculares q̃ regulares ordinū di-

uersoꝝ etiã mendicantiũ retinentur/ex quo in dictis monaste
rijs/prioratib⁹/ꝛ locis sic cõmendatis/ diuinus cult⁹ plurimũ
diminuitur/ꝛ in plurib⁹ locis totaliter extinguitur/ ꝛ cessat/pie
fundatoꝝ intẽtiones defraudant/ monasteria ipsa in quibus
seruoꝝ dei numerus iuxta eoꝝundẽ monasterioꝝ ꝛ locoꝝ fa-
cultates augeri solebat debito monachoꝝ numero destituta
ꝛ priuata/aut ex omni parte ad ruinã redacta sunt/ ꝛ eoꝝ ali-
qua expulsis /quod abominabile existit/ ĩde monachis ꝓprijs
laicis cõiugatis ꝛ eoꝝundẽ familijs/ ꝛ etiã animalibus replen-
tur/ꝛ ad ꝓphanos vsus totaliter rediguntur/sanctoꝝ reliquie
iocalia/libri/ꝛ alia queq₃ preciosa mobilia ꝛ ĩmobilia bona di-
uersis medijs alienãtur/iura ꝑduntur/hospitalitatis ꝛ elemo-
synarũ/ac alia pia caritatis opera in ipso ordine abũde fieri so-
lita cessant/regularis obseruãtia que in illis antea sũma puri-
tate vigebat oĩno defecit/ꝛ pristina viuendi norma relicta est/
Et cũ ſm ordinis ipsi⁹ instituta monasteria monialiũ dicti or-
dinis quolibet anno ꝑ patres abbates immediatos dicti cister-
cieñ ordinis visitari ꝛ corrigi/ꝑ idoneos religiosos in dicto or-
dine ꝓfessos quotiens opus est in cõfessionib⁹ ꝛ alijs reb⁹ spi-
ritualibus ac tẽporalibus iuxta dictoꝝ patrũ abbatũ ordina-
tionẽ gubernari debeãt/ꝛ ipsi cõmendatarij nullã in monaste-
rijs monialiũ hmõi habeãt iurisdictionẽ/nec sint in eoꝝ mona
sterijs monachi idonei ad p̃missa pagenda/oĩno necesse ẽ mo-
nasteria monialiũ hmõi ip̃arũq₃ monialiũ ꝯscientias grauissi-
mis ꝛ euidẽtibus ꝯtinue subesse periculis. Alia q₃ ĩnumerabi-
lia p̃ter nostrã ꝛ p̃decessoꝝ nostroꝝ mentẽ ꝛ intentionẽ ex com
mẽdis hmõi in ip̃o sacro ordine cistercieñ oriunt/dãna/ĩcõmo-
da ꝛ detrimenta/nõ sine religionis opprobrio ꝛ dicti ordinis p̃-
iudicio/ac ꝑnitioso exemplo ꝛ scandalo plurimoꝝ/ ꝛ nisi ꝓui-
deat verisimiliter breui est formidandũ de totali monasterioꝝ
prioratuũ/ꝛ locoꝝ vtriusq₃ sexus p̃dictoꝝ ac dicti ordinis qui
in sancta dei ecclesia sic̃ stella fulget matutina/ ruina ꝛ desola-
tione. Nos igitur attẽdentes vberes fructus quos dictus sa-
cer ordo hactenus in ipso agro militantis ecclesie attulit/ ꝛ ꝓ-
pterea illius quem preceteris semper in visceribus gessimus

⁊ gerimus caritatis/cõseruationi ⁊ augmento debite vt tene-
mur ꝓuidere volẽtes/motu ꝓprio nõ ad alicuiꝰ nobis sup hoc
oblate petitiõis instãtiã/sed de nostra mera liberalitate ⁊ deli-
beratione matura/ex certa sciẽtia/⁊ de aplice ptãtis plenitudi-
ne/auctoritate aplica tenore p̃sentiũ huiꝰ ꝑpetue ⁊ irrefragabi
lis cõstitutionis edicto/statuimꝰ ⁊ ordinamus/qđ omnes ⁊ sin
guli ad p̃sens monasteria/prioratus/⁊ loca quecũqꝫ dicti ordi-
nis in cõmendã obtinentes/cuiuscũqꝫ dignitatis/status/ gra-
dus/ordinis/p̃eminẽtie/⁊ cõditionis fuerint/nostris ⁊ dicte se
dis notarijs habitũ/⁊ insignia tñ notariorũ cõtinue deferenti-
bus/ac venerabilibꝰ fratribꝰ nostris archiepis/⁊ epis/ecclias/
seu beneficia quorũ fructꝰ/redditus/⁊ ꝓuentus mille ducato-
rũ auri de camera ꝺm cõmunẽ extimationẽ valorẽ annuũ exce-
dant nõ obtinentibꝰ dũtaxat exceptis/infra mẽsem postqꝫ per
cõmissariũ seu cõmissarios dicti ordinis ꝑ generale capitulum
aut ꝑ abbatẽ monasterij Cistercij Cabilonen̄ dioc/ quod dicti
ordinis caput existit deputatos/fuerũt requisiti cõmendis mo
nasteriorũ/prioratuũ/⁊ locorũ predictorũ que respectiue in eã-
dem cõmendã obtinuerint seu obtinẽt/in manibꝰ eorundẽ cõ-
missariorũ aut alterius eorũ libere cedere/⁊ illa realiter ⁊ cũ ef-
fectu absqꝫ quorũcunqꝫ bonorũ illoꝝ alienatione dimittere de
beant ⁊ teneant̄. Et si inferiores ab archiepis ⁊ epis hmõi ha-
bitũ dicti ordinis assumere/ac ꝓfessionẽ regularẽ ꝑ monachos
illius emitti solitã sponte emittere/ac obedientiã et reuerentiã
debitas ⁊ deuotas caplo generali ⁊ ꝓ tempore existenti abba-
ti monasterij Cistercij hmõi exhibere/⁊ ita in posterũ se factu-
ros firmiter polliceri voluerint/de ꝑsonis eoꝝ postqꝫ huiusmo
di ꝓfessionẽ emiserint admissis ꝑ eos cessionibꝰ hmõi/ eisdem
monasterijs siue locis quocũqꝫ modo/quẽ etiã si ex illo queuis
generalis reseruatio etiã in corpore iuris clausa resultet habe-
ri volumus ꝓ exp̃sso/vacauerint/ac cuiuscunqꝫ taxe seu annui
valoris illorũ fructus/reditꝰ/⁊ ꝓuentus existant/ꝑ cõmissari
os p̃dictos/alias iuxta dicti ordinis instituta regularia ⁊ priui
legia aplica dicto ordini cõcessa ꝓuideatur/ac prioratus hmõi
eis in titulũ respectiue cõferant̄/absqꝫ eo qđ ad aliũ quencũqꝫ

sit ppterea ex quauis causa recurrendũ/liceatq eis eoꝝ conti/
nuare possessionẽ. Si vero habitũ assumere ⁊ pfessionẽ huius/
modi emittere noluerit/⁊ sponte vt pfertur infra tẽpus predic/
tũ monasteria prioratꝰ ⁊ loca hmõi sic cõmendata nõ dimise/
rint/alijs psonis idoneis dictũ ordinẽ expresse pfessis/⁊ qui in
dicto ordine p annũ integrũ iuxta dicti ordinis priuilegia pba
ti fuerint/p eosdẽ cõmissarios modo ⁊ forma premissis puide/
atur/⁊ ipsis sic cedentibꝰ si sponte cesserint ne ppterea nimiũ
dispendiũ pati videant/pensiones annue tertie partis fructuũ
reddituũ ⁊ puentuũ/monasterioꝝ/prioratuũ/ac locoꝝ quo/
rũ cõmendis cesserint p eos de quorũ psonis illis puidebitur/
vel quibꝰ prioratus ⁊ loca hmõi cõferent/ac successores eorum
p tempore existentes eis quo aduixerint vel pcuratoribus su/
is/ad id ab eis specialiter cõstitutis sub penis/sentẽtijs/⁊ cen/
suris ecclesiasticis in similibꝰ apponi solitis/ac in locis ⁊ termi/
nis de quibꝰ eis cum prefatoꝝ cõmissarioꝝ consensu videbit
psoluende reseruentur/constituantur ⁊ assignẽtur/put nos ex
nunc put extunc/⁊ ecõuerso/psonis sic cedentibꝰ reseruamus/
cõstituimus/⁊ assignamus/ac reseruatas ⁊ assignatas fore de/
cernimus/⁊ declaramus. Ita tñ vt illis cedentibus vel decedẽ
tibus pensiones ipse penitus extincte sint/⁊ esse censeant eoip
so. Si vero prefati cõmendatarij aut eorũ aliqui pmissa infra
dictũ tempus limitatũ facere neglexerint vt pfertur/ac etiã ar/
chiepiscopi/episcopi/⁊ notarij pfati successu temporis ecclesi/
as vel alia beneficia quorũ fructus/redditus/⁊ puentus pmis
sum valorẽ mille florenoꝝ cõputatis/etiã redditibus qui eis
remanerent obtinuerint/cõmendas hmõi extunc oĩno cessare/
ac monasteria/prioratus/⁊ loca pdicta vacare decernimus eo/
ipso/liceatq ipsis cõmissarijs ordine modo ⁊ forma pmissis li/
bere puidere/⁊ de illis iuxta dictorum priuilegioꝝ formã ⁊ te/
norem disponere nulla pensione ipsis cõmendatarijs qui pre/
missa adimplere nõ curauerint prorsus reseruata. Super qui/
bus omnibꝰ ⁊ singulis eisdem cõmissarijs plenã liberã ⁊ omni
modã de eorundẽ fratrũ cõsilio harũ serie pcedimus facultatẽ/
etiã ad hoc vt ptradictores quoslibet ⁊ rebelles p cẽsuras eccle

siasticas ⁊ alia iuris oportuna remedia quacunq; appellatione
oino remota cõpellere. Et si opus fuerit auxiliũ brachij secula-
ris cõtra eos inuocare/ omniaq; alia ⁊ singula in pmissis ⁊ cir-
ca ea necessaria quomodolibet ⁊ oportuna facere gerere ⁊ exeq
possint. Statuẽtes insup ⁊ etiã ordinantes de simili cõsilio qḋ
de cetero ppetuis futuris tẽporibus monasteria/ priorat⁹/ be-
neficia/ ⁊ loca dicti ordinis cuicunq; psone cuiuscunq; dignita-
tis/ status/ gradus/ ordinis/ vel cõditionis fuerit/ etiã per quas
cunq; litteras ⁊ dispensationes p nos ⁊ sedẽ predictã vel lega-
torum eiusdẽ/ etiã cũ motus pprij ⁊ certe scientie ⁊ quibusuis
alijs efficacissimis ⁊ insolitis clausulis/ etiã derogatoriarũ de-
rogatorijs ⁊ psentib⁹ expresse derogantib⁹ hactenus ⁊ p tẽpo
re/ etiã consideratione imperatoris/ regum/ reginarũ/ ducũ/ et
aliorũ principũ quorũcunq;/ ⁊ ad eorũ supplicationis instantiã
ac de apostolice potestatis plenitudine hmõi cõcessas cõmen-
dari nõ possint/ qḋq; religiosi dicti ordinis litteris predictis etsi
am si quascũq; sentẽtias/ censuras ⁊ penas ecclesiasticas in se
continerent parere nõ teneant/ possintq; conuẽtus monasteri-
orum locorũ ⁊ prioratuũ hmõi cõmendis pdictis nõ obstanti-
bus ad electiones/ ac patres abbates seu dicti ordinis cõmissa-
rij ad cõfirmationes libere pcedere/ alias tñ iuxta dicti ordinis
regularia instituta/ laudabiles cõsuetudines/ ⁊ priuilegia apo-
stolica illi cõcessa/ que quo ad pmissa illorũ tenores/ ac si de ver
bo ad verbũ insererent psentib⁹ p sufficiẽter expressis ⁊ inser-
tis habentes/ innouamus ⁊ de nouo cõcedimus/ ac illa perpe-
tuo inuiolabiliter in omnib⁹ ⁊ p omnia obseruari volumus et
mandam⁹. Et insup quia sicut nõ absq; displicẽtia accepimus
q̃plures abbates ⁊ priores dicti ordinis discoli/ vidẽtes visita
tores dicti ordinis eos corrigere/ ⁊ vt ab eorũ vitijs ⁊ errorib⁹
emẽdent aduersus ipsos pcedere velle/ cumulatis ex fructib⁹/
redditib⁹/ ⁊ puentib⁹ monasterioꝝ ⁊ prioratuũ eorundẽ nõ in
parua quãtitate pecunijs/ cedũt regiminib⁹ dictoꝝ monasteri
orũ/ ipsosq; priorat⁹ resignãt/ etiã ex causa pmutationis/ ⁊ retẽ
ta aliqua sup illoꝝ fructib⁹/ redditib⁹/ ⁊ puentib⁹ ãnua pẽsiõe
in fauorẽ psonarũ dicto ordini min⁹ vtiliũ/ quorũ psidio eorũ

vitia ꝛ prauos mores cõtinuare possint/etiã ad alios ordines transeũtes/nõ sine maximo monasteriorũ ꝛ prioratuũ ꝑdictorum preiudicio/ ꝛ detrimento/etiã motu ꝛ scientia similibus ac ꝑtãtis plenitudine statuim⁹ ꝛ ordinamus qđ deinceps nullus abbas seu prior dicti ordinis/seu qđcũqꝫ officiũ/aut administrationẽ/seu aliud beneficiũ in dicto ordine obtinens/ cedere aut resignare/etiã in manibus nostris/aut Romañ pontificis ꝓ tẽpore existentis possit/nisi de expressa licentia ac voluntate ꝛ cõsensu abbatis monasterij Cistercij pro tẽpore existẽtis/aut capituli generalis huiusmodi/de qua prius cõstare debeat. Et nihilominus aliter facte cessiones seu resignationes in sic cedentiũ vel resignantiũ penã teneant/possitqꝫ monasterijs ꝛ ꝑsonis idoneis ꝓuideri/ac prioratus beneficia administrationes ꝛ officia hmõi libere ꝯferri alias iuxta statuta ꝛ priuilegia ordinis eiusdem/decernentes irritũ ꝛ inane si secus sup his a quoquã quauis auctoritate scienter vel ignoranter cõtigerit attemptari/ac ꝑsentibus ꝑ quascũqꝫ litteras apostolicas etiã motu ꝛ scientia similib⁹/ac de aplice potestatis plenitudine ꝓ tempore cõcessas/ac quascũqꝫ clausulas etiã derogatoriarũ derogatorias ꝛ insolitas in se cõtinentes derogari nõ posse/nisi de venerabiliũ fratrũ nostroꝝ sancte Romane ecclesie cardinaliũ cõsilio/de quo etiã clare cõstet fuerit specialiter ꝛ expresse derogatũ/ ꝛ hmõi derogatio ꝑ trinas litteras nostras aut Romañ põtificũ successorũ nostrorũ canonice intrantiũ abbati monasterij Cistercij/aut caplo generali hmõi diuersis tẽporib⁹ successiue ꝑsentatas/fuerit ꝑus intimatũ. Sicqꝫ ꝑ q̃scũqꝫ iudices ꝛ cõmissarios/etiã causaꝝ palacij aplici auditores/ac eiusdẽ sancte Romane eccl'ie cardinales in q̃cũqꝫ instãtia sublata eis ꝛ cuilibet eoꝝ quauis alia interp̃tãdi facultate/sniari diffiniri ꝛ iudicari debere. Nõ obstañ p̃missis ac felicis recordatõis Bonifatij pape. viij. ꝑdecessoris nostri de vna ꝛ de duab⁹ dictis in concilio generali ac alijs cõstitutionib⁹ ꝛ ordinationib⁹ aplicis/necnõ omnibus illis que in litteris priuilegiorum predictorum concessa sunt nõ obstare/ceterisqꝫ cõtrarijs quibuscũqꝫ. Aut si cõmẽdatarijs p̃fatis vel q̃busuis alijs cõiter vel diuisim ab eadẽ

Bela dei gratia Ungar[ie]/ Dalmac[ie]/ Croac[ie]/ Rame/ Serme/ Galic[ie]/ Lodom[erie]/ Cumaneq[ue] rex vniuersis christifidelibus psentẽ paginã inspecturis. Salutẽ in vero salutari. Qua bone rei consensum pbere et psentis vite subsidiũ et future remunerationis expectat premiũ vt diuini operis fructum circa pietatis opera ppensius exequentes temporalia felici cõmercio sempiternis cõmutemus/ et vt regularium virorũ qui iuxta euangelicam veritatem et regulam beati Benedicti relictis omnibus christo/ spretis diuitiarum iactantijs/ iugiter inherentes mente deuota famulantur vtilitatibus puidentes eorundẽ pcibus

186

nos ac nostri successores vnacū regnis nostre iurisdictioni subiectis in pace ꝑpetua ꝑseuerent sancto ac venerabili cōuentui monasterij Cisterciꝭ in subsidiū expensarū quas annis singulis ad vsum generalis capituli totius ordinis sunt facturi quasdam ecclesias in Burcia in partibus trāsiluanis/ videlicet castrum sancte Marie/ montē sancti Petri/ montē mellis/ ꝛ tartilleri/ in quibꝰ diocesanus epūs nihil iurisdictionis obtinet/ sed ad nos specialiter ꝛ immediate ꝑtinet/ cū ꝓuentibus ꝛ iuribus ac omnibus suis ꝑtinentijs duximus ꝯferendas. Statuentes futuris tēporibus inuiolabiliter obseruari vt infra parrochias seu territoriū dictarū ecclesiarū nulla deinceps absqꝫ ipsorū cōsensu ecclesia vel capella de nouo cōstruatur/ nec altaria erigant̄/ nec cimiteria cōsecrentur. Si vero ipsorū ꝑmissione ꝛ consensu edificata fuerit/ ad eosdem fratres pleno iure deuoluant̄. Uerū quia tēpore nostre collationis ecclesie ꝑnominate nondū vacabant/ ꝛ ideo Cisterciēn̄ earū ꝓuentus ad plenum adipisci nō poterant/ ordinauimus ꝛ inuiolabiliter volumus obseruari/ vt hi qui earūdē ecclesiarū ꝓuentus ad p̄sens ꝑcipiunt fratribus Cisterciēn̄/ vel eorū nuncio vnā marcā argēti de qualibet ecclesia singulis annis in assumptiōe beate Marie soluere teneant̄/ omni ꝯdictōe ꝛ dilatōe cessante/ vt ex h̄ euidenter appareat easdē ecclesias nomine Cisterciēn̄ quo aduixerint detineri/ ꝛ ius patronatus ad ipsos Cisterciēn̄ imꝑpetuū ꝑtinere. Interim aūt ꝙ p̄fatis ecclesijs vacantibꝰ Cisterciēn̄ earum ꝓuentus ad plenū valeant possidere singulis annis in assumptione beate Marie de camera nostra apud Stringoniū centū marcas argenti eisdē Cisterciensibꝰ integraliter ꝑsolui faciemus. Sed postqꝫ p̄dictas ecclesias libere possederint nos a solutione centū marcarū erimus expediti. Ut igitur hec nostre concessionis pagina inuiolabilis in posterū ꝑseueret eam duplicis sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datū Bude per manus magistri Stephani aule regie cancellarij ꝛ ꝑpositi titulēn̄ Stringoniēn̄ sede vacāte/ venerabili Ugulino Colocēn̄ archiepō/ Bartholomeo quinqꝫ ecclesiēn̄/ Gregorio Jauriēn̄ epō Cleto Agriēn̄/ Bartholomeo Uesp̄miēn̄ epo/ Mathia Uaciēn̄

fo. 185

epo et postulato Stringonien/Regnaldo vtrasiluano episcopo/Stephano zagrabien/Basileo cenadien/Benedicto Waradien episcopis ecclesias dei feliciter gubernātibus/Benedicto pposito buden et aule regie vicecancellario/Thoma pposito sancti Laurentij et comite capelle nostre/Dionisio palatino et comite de zomuk/Johāne dño syrmie et comite poachien/Andrea comite posonnen et iudice curie nostre/Dominico magistro teuuarnicorum et comite brichorien/Matheo magistro dapiferorū et comite nitrie/Dionisio magistro agasonū et comite timisien/Laurētio magistro pincernarū et comite agasonū/Pesa vuiaovuoda Oslubano de zeurē demetrico comite brudugl Blasio comite de keuue/Paulo comite alben/Balduino comite ferreicastri/Chaku comite supurmien/Luca comite musunen/Demetrico cenadien/Saulo orodien/et ceteris quampluribus comitatus regni nostri tenentibus. Anno gratie M.cc.xl.xij. kl. Aprilis. Regni autē nostri Anno quinto.

Donatio pcedens in duabus cartis sollēnissimis cōtinetur. Quarū altera sigillo aureo est munita.

Dominus Hugo dux Burgundie veniens ad capitulum generale Cistercij et susceptus ad participationē beneficiorum et orationum ordinis cōcedit omnibus abbatijs ordinis quod securi pergāt per terram suam portentque/ducant/ et vendant res proprias absque pedagio/minagia/vēta et omniū alia costumia.

Anno ab incarnatione dñi M.c.lxx. Ego Hugo dux Burgundie fui in generali capitulo Cistercij et ibi per manus Gui-

187

chardi archiepiscopi Lugdunen̄/ ⁊ Petri archiepiscopi Tharẽtasien̄/ ⁊ Alexandri abbatis Cistercij/ ⁊ omniũ abbatũ qui aderant in beneficijs ⁊ orationibꝰ totius ordinis susceptus pro remedio anime mee ⁊ parentum meorũ eis largitus sum vt fratres de omnibus abbatijs ipsiꝰ ordinis per omnẽ terram meã securi pergant res ꝓprias absqꝫ vllo pedagio / minagia/ vẽta/ ⁊ omniũ alia costuma ducant portent ⁊ vendant ⁊ ad ꝓprios vsus necessaria emant. Et ne donũ hoc mihi ⁊ ipsis tam vtile ab aliquo dei inimico ⁊ nostro infringatur/ sigillo meo cartam hec continentẽ cõmunio. Factũ est donũ hoc in generali capitulo Cistercien̄ sicut prescriptũ est coram archiepiscopis ⁊ abbatibus qui cõuenerant presente auunculo meo comite Stephano de Sencerre/ Guiardo de Fauermi/ Guilhelmo de Orgul/ ⁊ multis alijs.

Dominus comes Burgundie concedit omnibus abbatibus sancti ordinis Cistercien̄ in capitulo generali publica vectigalia ad redditum thelonei sui pertinẽtia/ ⁊ quascunqꝫ exactiones que solent exigi a vendentibꝰ/ ementibꝰ/ ⁊ transeuntibus per dictũ comitatum.

Raynaldo dei gratia Venerabili Cistercien̄ abbati omnibusqꝫ eiusdẽ sancti ordinis abbatibꝰ Raynaldus comes Burgundie Salutem. Memini quõdã me in capitulo Cistercien̄ in presentia domini Stephani abbatis publica vectigalia ad redditũ thelonei nostri pertinẽtia/ ⁊ quascũqꝫ exactiones que a vendentibus/ siue ementibus/ seu transeũtibus sollenniter solent exigi in toto comitatu meo omnibus vestri ordinis hominibus in memoriã mei ⁊ parentum meorum imperpetuũ remisisse. Quod vt firmũ ⁊ inconcussum deo auctore ꝑmaneat/

f. 186.

litteras istius donationis sigilli nostri munitione dotatas per dominũ Poncium abbatẽ Speciose vallis ad sanctitatẽ omnium vestrum direximus. Testes huius doni sunt Petrus de treua/Decanus sancti Stephani ⁊ archid. Hieremias de roise Vido liabbas/Stephanus de chenuis.

Dominus comes palatinus Burgundie concedit omnibus abbatib⁹ sancti ordinis publica vectigalia sui thelonei in dicto comitatu ⁊ quascunq̧ exactiones que a vendentibus/ementibus/seu transeuntibus exigi solent.

Guidoni dei gratia Venerabili Cisterciẽsi abbati/omnibusq̧ eiusdẽ sancti ordinis abbatibus. Otho dei gratia palatinus comes Burgundie Salutẽ. In memoriã mei ⁊ parentũ meorum publica vectigalia ad redditũ thelonei nostri pertinẽtia ⁊ quascunq̧ exactiones que a vendentibus siue emẽtibus seu transeuntibus sollẽniter solent exigi in toto comitatu meo omnibus vestri ordinis hominib⁹ sicut auus meus Raynandus sc; pie memorie imperpetuũ concessit ⁊ nos concedimus. Quod vt firmũ ⁊ incõcussum permaneat litteras istius donationis sigilli nostri impressione munitas/ad sanctitatẽ oĩm vestrum dirigimus. Et quicunq̧ hanc donationẽ frangere presumpserit/iram ⁊ indignationẽ nostram se sciat incursurũ. Testes hui⁹ rei sunt magister Daniel/Hugo monach⁹ Cisterciẽ/Fromundus de tremolai/Vilhelmus de pesmes.

Dominus rex Danorũ ⁊ Sclauorum cõcedit fratribus de Cistercio vt quotiens

visitatores eorum inerint ad partes suas habeant vite necessaria gratis ab exactoribus et villicis suis/et sint liberi a theolonei exactione.

V. dei gratia Danorũ Sclauorũ rex omnibus in regno suo cõstitutis. Salutẽ ⁊ gratiam. Significamꝰ vobis qđ misericordie ⁊ pietatis intuitu fratribꝰ de Cistercio hanc cõcessimus immunitatẽ vt quotiensc̃ũqꝫ visitatores eorũ ad partes nostras venerint/apud exactores nostros ⁊ villicos gratis habeant vite necessaria/⁊ in foris ⁊ in portubꝰ sup rebus quascũqꝫ cõparauerint vel quocũqꝫ modo habuerint immunes sint ⁊ liberi a thelonei exactione. Et ne quis huic nostre donationi cõtraire audeat/ipsam sigilli nostri impressione ⁊ litterarũ testimonio cõfirmamus. Quod si quis cõtra hanc nostrã libertatẽ venire presumpserit/indignationẽ nostrã se nouerit incursurũ. Datũ Anno incarnati verbi M.cc.xxix. vj. Nonas Martij.

Dominus comes Lugduneñ ⁊ Foreñ remittit pedagium ⁊ leidam pro omnibus rebus eorum qui sunt sub obedientia abbatis Cistercij que transferuntur per terram suam.

Beatissimo patri suo ⁊ domino carissimo dei gratia Cistelii domus sanctissime abbati sanctissimo G. Lugduneñ atqꝫ Foreñ comes qualiscũqꝫ seipsum ⁊ sua/pedagiũ ⁊ leidam ꝓ rebus vestris ꝓprijs in terra mea vbiqꝫ vendendis ⁊ emẽdis vel trãsferendis tam vobis q̃ʒ alijs omnibus subditis vobis ⁊ obedientibus imperpetuũ diuino intuitu remitto/ sicqꝫ ab heredibus meis voluntatis mee dispositione inuiolabili tenendum

esse pmitto. Vestre autẽ sanctitati pater optime supplicare nõ cesso qnaten⁹ abbatũ vestrorũ omnib⁹ orationibus me peccatorem miserũ ⁊ mandatorum dei transgressorẽ infelicissimũ cõmẽdare dignemini singulis si placet iniungẽdo/vt ⁊ ipsi reuersi fratrum suorum orationibus me et mea commendare dignẽtur. Val.

Comes Foreñ confirmat donationem factam per patrẽ suum omnib⁹ abbatijs ordinis de pedagio leida ⁊ omni exactione omnium rerũ ordinis que portãtur per terram suam.

Ego Hingo dei gratia comes Foreñ Notũ volo fieri omnibus p̃sentes litteras inspecturis qd̃ bone memorie Hingo pater meus dedit deo ⁊ beate Marie Cistercij fratribusq̧ ibidem deo seruientibus. Sed ⁊ omnibus abbatijs eiusdẽ ordinis pedagiũ/leidam/⁊ omnẽ aliam exactionẽ pro rebus suis pprijs in tota terra sua vbiq̧ vendendis vel emendis vel transferendis. Ego quoq̧ p remedio anime mee ⁊ vxoris ⁊ eiusdẽ patris mei predictã elemosynã concedo/laudo/⁊ p̃sentis scripti sigilliq̧ mei testimonio cõfirmo. Actũ anno dñi Millesimo ducentesimo vicesimoquinto.

Dominus vicecomes Massilieñ cõcedit omnibus de ordine q̄ securi trãsire possint per vrbem Massiliam ⁊ per omnem terram suã/necnon vendere ⁊ emere absq̧ omni exactione vt sit particeps orationum ordinis.

189

Reuerentissimo G. dei dispositione Cistercieñ abbati vni-
uersoq; sanctorū patrū capitulo. R. Ganfredi cognomēto bar
ralis eiusdē gratia vicecomes Massilie indeficientē in sancta
ꝓfessione leticiam. Qm̄ teste humani generis redemptore/ nō
habēt opus sani medico sed qui male habent/ multis ⁊ immē
sis peccatorū depressus grauaminibus diuina fauente gratia
remedia a potentib⁹ subueniendi expostulo. Siquidē ab om-
nipotentis dei ineffabili bonitate ingenti impietate ⁊ iniquita
te mea longe factus nisi forte in eo dixerim esse mecum qđ gra
tia ipsius iniquitatē meā ego cognosco/ ⁊ peccatū meū coram
me est semꝑ ad eius assessores ⁊ collaterales atq; ipso testante
amicos/id est ad vos orationū vestrarū suffragia implorando
cōfugio. De vestri ergo ordinis abundanti caritate cōfisus ab
sens licet corpore p̄sens tamē mente instanti deuotione depo-
sco vt me in fratrem ⁊ fidelem recipiatis/ ⁊ ꝓ anima bone me-
morie fratris mei Guilhelmi grossi iuges dño preces fundatis
⁊ vtrunq; omniū bonorum vestrorū participē faciatis/ atq; in-
gens missarū debitū quod pro eo teneor persoluere intuitu ca-
ritatis si placet ex parte releuare curetis/vt a nobis semper im-
pleatur quod apostolus p̄cepit/Alter alterius onera portate/
⁊c. Ego eñ qui spiritualia a vobis requiro non quidē indignū
sed paruum duco cū temporalia vobis porrigo hoc tamē con-
cedo laudo ⁊ iure ꝑpetuo confirmo qđ sicut abbates vestri or-
dinis qui mihi vicini sunt/ita ⁊ omnes longe vel ꝓpe positi li-
beri ⁊ securi ab omni exactione in vrbe Massilia/⁊ per omnem
terram meam eant ⁊ redeant vendentes ⁊ ementes queq; sibi
fuerint necessaria.

Dominus comes Flandř ⁊ Uirom̄ intu
itu fraternitatis ordinis sibi cōcesse dat
vniuersis fratribus ordinis vt ipsi cum
vniuersis que ipsorum sint transire pos-

fo. 188.

sint per terram suam liberi ab omni trauerso ꝛ pedagio.

Uiris venerabilibus dominis ꝛ amicis carissimis abbati totiq; capitulo Cisterciеñ ordinis Ph. Flandr̄ et Uiromñ comes Salutē ꝛ sincerā dilectionē cum plenitudine voluntatis vniuersitati vestre grates copiosius refero de fraternitatis vestre cōmunione que mihi a vestre caritatis liberalitate proximo anno benigne indulta est/ Unde ꝛ vniuersis fratribus ordinis vestri liberaliter concedo vt ipsi cum vniuersis que ipsorum sunt ad vsum eoꝝ necessaria ab vniuerso trauerso ꝛ pedagio liberi ꝑ terram meā transeant imppetuū.

Domin⁹ Girardus comes Matisconеñ cupiens fieri particeps orationū ordinis dat omnibus fratribus eiusdē ordinis liberam potestatē eundi ducendi ꝛ vendendi res ꝓprias ꝛ emendi per omnē terram suam ꝛ per aquas absq; pedagio vel alia exactione recipitq; omnes fratres ordinis ꝛ res eorum in sua tuitione et custodia. ꝛc̄.

In dei nomine Ego Girardus comes Matisconensis cupiens fieri particeps orationum ꝛ spiritualium beneficiorum fratrum ordinis Cistercij pro remedio anime mee ꝛ parentum meorum in generali capitulo abbatū ordinis Cistercij dedi ꝛ concessi omnibus fratribus ipsius ordinis liberam potestatem eundi/ ducendi/ portandi/ ꝛ vendendi res proprias et emendi ad omnia sibi necessaria per omnem terram meam ꝛ per aquas absq; pedagio ꝛ omni alia exactione vel costuma

190

Omnes etiã fratres ordinis Cisterciẽ꜄ ꝛ omnes res eoꝝ in tuitione mea ꝛ custodia recepi/ vt libere ꝛ secure per totã terram meã ipsi ꝛ res eorum eant ꝛ veniant/ ꝛ si forte damnũ aliquod in terra mea ipsi aut res eorũ fecerint capitale reddendo liberi ꝛ quieti remaneant. Huius rei testes sunt magister Arpinꝰ notarius meus/ Uilhelmꝰ de chamijs/ Uilhelmus de ceis/ Humbertus de paerna. Ut autẽ hoc donũ ratum semꝑ ꝛ inconcursum permaneat sigilli mei impressione cartam hanc confirmo. Anno ab incarnatione dñi Millesimo centesimo septuagesimotertio. Rege Luduico regnãte.

Dominus montis beleti dat omnibꝰ abbatijs ordinis Cisterciẽ꜄ liberum transitum ꝑ terram ꝛ aquam in tota potestate sua sine pedagio exactione ꝛ seculari consuetudine.

Ego Delardus dñs montis beleti volo notũ fieri presentes litteras inspecturis/ quod Delardus pater meus ꝓ remedio anime sue ꝛ omniũ tam predecessorum q̃ꝫ successorũ suorũ me ꝑ̃sente ꝛ laudante dedit beate Marie Cistercij ꝛ fratribus ibidẽ deo seruientibꝰ sed ꝛ omnibꝰ abbatijs Cisterciẽ꜄ ordinis in ꝑpetuã elemosynã liberũ transitũ ꝑ terrã ꝛ aquã in tota potestate mea sine omni pedagio ꝛ exactione ꝛ cõsuetudine seculari de omnibꝰ rebus suis/ ꝛ hoc ipsum laudauit Agnes mater mea. Ut autẽ illa donatio maiorẽ obtineat firmitatẽ ego ipsã presentis scripti ꝛ sigilli mei patrocinio cõfirmaui/ ꝛ venerabilem Pontiũ Matisconeñ epm diligenter rogaui/ vt hoc ipũm sigilli sui apositione muniret/ ita qđ si successu tẽporis aliquis cõtra ꝑ̃dictã donationẽ veniret ꝑ̃fatus epus ꝛ successores eius in illum excõicationis sententiã ꝓmulgarent. Ego igitur Pontius Matiscoñ epus prescripte donationis scripto sigillũ meũ aposui ad ꝑ̃ces viri nobilis memorati.

f. 189.

Dominus Virduni in capitulo generali dedit toti ordini pedagia et ventas et quicquid de iure suo exigi potest.

Ego Guido d[omi]n[u]s virduni Notu[m] esse volo p[re]sentibus et futuris q[uo]d hierosolyma[m] p[ro]fecturus veni Cisterciu[m] videre fratres et eoru[m] orationib[us] iter meu[m] co[m]mendare. Cu[m] ergo essem in capitulo dedi ecclesie Cistercien[si] et toti ordini pedagia et ventas/ et quicquid de iure meo exigi p[otest]/tam p[er] terram q[uam] per aqua[m] in omni potestate mea vt videlicet res p[ro]prias ferre ac referre et vendere/ et quod ad vsus p[ro]prios necessarium fuerit emere libere possint absq[ue] omni exactione. Hoc ide[m] concessi ecclesie sancti Stephani Diuionen[si] et grangijs eius. Huic donationi p[re]sentes era[n]t Heruenis abbas sancti Stephani Diuion[ensis]/ et Garinus canonicus eius/ Guido achermus et Will[elmu]s fratres. Ipsum donu[m] postea apud Virdunu[m] laudauit mater mea Acelma/ et vxor mea Achacia p[re]sente auu[n]culo meo Artallo/ Josb[er]to de Salmacia/ Riuardo de paschis/ et pluribus alijs. Actu[m] est hoc anno incarnationis d[omi]ni. M.C.lxxiij. p[er] manu[m] domini abbatis Cistercien[sis] Alexandri. Laudauit etia[m] hoc donu[m] filius me[us] Guido.

Domin[us] de impouualdo remittit toti ordini Cistercien[si] pedagiu[m] et omne[m] exactionem per tota[m] terram suam.

Notum sit omnibus tam futuris q[uam] presentib[us] q[uo]d ego Almaricus dominus de impouualdo remisi toti Cistercien[si] ordini per vniuersam terram mea[m] pedagiu[m] et omne[m] exactione[m] ita vt omnes transeuntes ab omni consuetudine sint liberi et quieti. Testes Alexander Cistercij/ Petrus accincti/ Jacobus caritatis/ Gerardus theoloci abbates/ Comes Stephanus/ Wilhelmus de cres/ Rainaldus de monte bys.

191

Dominꝰ Castri Jureñ alias Myroaz cõcedit omnibꝰ habitũ ꝛ tonsuram Cistercieñ ordinis habentibꝰ liberũ transitum per omnẽ terram suam ꝓ ipsis et rebus eorum absqꝫ pedagio ꝛ exactione.

Ego Henricus dominus castri Jurensis qᵒ alio nomine dicitur Myroaz laude ꝛ assensu Amaldrici ꝛ Hugonis filiorũ meorũ concedo imꝑpetuum liberum trãsitũ per omnẽ terram meã omnibus qui habitũ ꝛ tõsuram Cistercieñ ordinis habuerint tam sibi q̃ vecturis ꝛ rebus suis absqꝫ pedagio ꝛ absqꝫ vlla exactione ꝓ remedio anime mee ꝛ antecessorum meorũ in testimoniũ huius cõcessionis presenti pagine sigillũ meum apposui. Actũ anno dñi M.cc.xxvij.

Dominus de Melin dat vniuersis ecclesijs Cistercieñ ordinis pedagiũ quod habet apud melin ꝛ in tota terra sua de omnibus rebus quas duxerint vel portauerint ꝛ occasione eius fecerunt eum participem omniũ bonorum que fiunt in domibus eorum.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi qᵒ ego Gossuinus miles de Melin assensu Elisille vxoris mee ob peccatorũ nostrorũ ꝛ antecessorũ nostrorũ remediũ assequendũ in perpetuã contuli elemosynã vniuersis ecclesijs Cistercieñ ordinis pedagiũ qᵒ habeo apud Melin ꝛ in tota terra mea de omnibus rebꝰ quas duxerint vel portauerint ꝓprijs vecturis siue cõducticijs in vsus ꝓprios expendendis/ ipsi vero his bñficijs

fo. 190.

non ingrati nobis omniũ bonorum que in domibus suis faciunt ⁊ de cetero fient participiũ concesserunt/in cuius rei testimoniũ presens scriptũ sigilli nostri appensione duximus roborandũ. Actũ anno dñi M.cc.xxiij.

Comes Maurian̄ accipit in suã custodiã fratres Cistercien̄ intrãtes in terrã suã.

Thomas comes Maurian̄ ⁊ in Italia March omnib⁹ castellanis ⁊ ministris ceterisq̄ fidelibus suis ad quos presentes littere puenerint Salutẽ ⁊ omne bonũ. Noueritis q̄d nos accepimus in nostrã custodiam fratres Cistercien̄ qui veniunt ad emendos pices in terrã nostram rationẽ faciendo ⁊ accipiendo vnde vobis p̄cipimus vt ipsos ⁊ eorũ res ab omni homine defendatis. Actũ in villanoua Anno gratie. Millesimo ducentesimo decimonono kl. Januarij.

Alij innumerabiles inclitissimi tam Aragonũ/Castelle/Nauarre//Portugallie/q̄ reliqui orbis reges/duces/comites/ p̄ncipes/barones milites/potentes cõmunitates/⁊ etiam plures archiepiscopi/episcopi/⁊ p̄sules vicarij christi/ apostolorũ successores amplissimos fauores/ priuilegia/ libertates/ gratias/ cõmoditates Cistercio ordiniq̄ Cistercien̄ ituitu sanctimonie ⁊ deuotionis eorũ contulerunt/quas si magis in speciali declarare vellemus/tediũ forte multis afferemus.

Breuis quorundã sanctorũ ac beatoꝝ enumeratio ex amplissimo eorum numero qui sub huius sacri Cistercien̄ ordinis habitu ⁊ obseruantia altissimo pure famulando ob probatam vite sanctimoniã p̄claramq̄ ⁊ euidentẽ miraculorum ostensionem/feliciter cum eo regnare creduntur/ a libro qui exordium Cistercij dicitur/ a vita ⁊ operibus beati Bernardi/ a multis sanctorum historijs ⁊ tractatibus ⁊ ab nostris itinerarijs/in diuersa ordinis monasteria per varias mundi regiones lustrãdo

192

⁊ reformando cõfectis extracta. Quorũ hi quos dominus per sancte matris ecclie determinationẽ in sanctorũ cathalogo cõscribi ⁊ eleuari voluit/ merito sancti/ alij vero beati/ ꝓprie dicũtur. Licet quãdoqꝫ vnũ ꝓ alio ponatur.

In Cistercio potissime inter ceteros floruerunt abbates sancti/ Robertus/ Albericus/ Stephanus/ Raynaldus/ Gozuuinus/ Fastredus/ Gillebertus/ Alexander/ Conradus/ cuius vt in libro de apibus habetur digiti sacrati nocte studendo ꝓ candela lucebant/ Johannes/ duo monachi/ Bernardus prefati Stephani filiꝰ spiritualis/ qui ⁊ ipm primũ Clareuallis abbatẽ instituit/ Hugo postea Põtigniaci abbas/ Johãnes postmodũ Boneuallis venneñ abbas primꝰ/ Gerardus pridẽ miles strẽnuꝰ bti Bernardi frater germanꝰ cellarariꝰ Clareualleñ Hubertus/ Guerricus sequẽti tempore primꝰ Igniaci abbas/ Hugo/ Stephanus/ Balduinus/ Algothus/ ⁊ alij plures libro secũdo vite beati Bernardi enumerati/ Rogerus deinde primus Ellanci abbas/ Johannes postmodũ Ualeñ episcopus/ Alij inumerabiles sacri huius ordinis institutores/ Quorum plures e Cistercij gremio ad diuersorũ monasteriorũ fundationem missi fuerunt/ alij ibidẽ in christo quieuerunt. Tanto sanctoꝝ numero aggregari meruit in Cistercio frater Alanus magnus/ doctor famosus/ ⁊ humilis cõuersus. In Pontigniaco abbates/ p̃dictus Hugo/ qui postmodũ Antisiodoreñ episcopꝰ Guichardus postea Lugduñ archiepiscopus/ In Claraualle abbates prelibatus Bernardus ex Cistercio directꝰ/ Robertus ex dimis/ Ganfridus fidelis olim Bernardi notarius/ Põtius ex Grandisilua/ Gerardus etiã martyr ex fossa noua/ Petrus monoculus/ Henricus postea cardinalis. Monachi/ Gerhardus p̃fatus beati Bernardi germanus cellorariꝰ/ Hubertꝰ prior/ Godefridus postea Lingoneñ episcopus/ Siluanꝰ/ Bernardus/ postmodũ papa Eugenius. iij. ⁊ alij plures/ In Bolbona Jacobus furnerij/ postea papa Benedictus. xij. In Karoliloco abbas fuit Guills/ vel Uillmus/ postea Bituriceñ archiepiscopus qui antea in Pontigniaco professus ⁊ in fonte

Johānis abbas fuerat/ In Stamedio Petrus abbas/ ꝛ post
modū Tharentasieñ archiep̄s/ cuius corpus in Belaualle qui-
escit/ habitū ordinis longo tēpore tulisse dicunt/ Thomas Cā
tuariensis archiep̄s/ ꝛ Edmundus in Pontigniaco quiescens/
necnō Guilłmus quondā abbas sancti Theoderici qui ꝓ par-
te vitā Bernardi cōpilauit/ In Bonaualle vienneñ abbates
p̄fatus Johannes postmodū ep̄us Ualentinus/ ꝛ Hugo mire
sanctitatis/ Ibidē Amedeus monachꝰ/ In Grandissilua Ber-
trandus abbas ꝛ Guilłmus quondā Mōtispessulani dn̄s mo
nachus/ necnō cōuersus ille quē historie dicūt nihil preter hec
duo vocabula/ Aue Maria/ sciuisse/ ex cuiꝰ ore post mortē iam
tumulato liliū ꝓdijsse/ ꝛ Aue Maria litteris aureis scriptū fer
tur/ In alpibus Garinꝰ abbas/ In Fusniaco Reynaldus/ In
Igniaco p̄fatus Garricus/ In elancio p̄libatus Rogerus/ In
Locedio Oglerus abbas/ In Mereola Froillanus postea Le
gionneñ ep̄s/ In valle paradisi castelle Martinus abbas/ In
Obasma Stephanus primus abbas/ Ibidē alius Stephanꝰ
prior/ In Ualkenreide Ulkinus primus abbas de Sichē/
In Frigido monte Helinādus monachus sollennis historio-
graphus/ In Longoponte Johannes quondā dn̄s de Mon
te mirabili monachus cuiꝰ miri actus legūtur/ In Bonofonte
de tharesca Thomas prior/ In Bellalauda Anglie Uuilhel-
mus abbas/ In Reyualle Alridus monachus/ In Elemosy-
na Christianꝰ monachus/ In Sauigmaco Aymo monachus/
In Chesiriaco Rolandus monachꝰ/ In Haymelrode Dauid
monachus/ In signiaco Arnulphus quondam sancti Nicasij
abbas/ Et Gerardus quondā sancti Floriaceñ abbas/ postea
ibidem monachi/ In Nouo monasterio Hugo abbas/ In Ca
duino duo monachi quorū alter Petrꝰ alter dicebat/
In Porta celi Hugo monachus/ In Bebenhusen Gisebertꝰ
prior/ In sancto Bernardo frisie magister Ricardus/ ꝛ alius
Emanuel episcopꝰ Cremoneñ/ In partibus Hassie in mona-
sterio Hegena sanctꝰ Conradus monachus ꝛ cancellarius ex
claro Baronū sanguine oriundus/ multa miraculorū gloria cō
tinue fulgens/ In sancto Sulpitio Uitalis cōuersus/ In ciui-

tate Placentina Franca monialis ꝛ abbatissa/ In monasterio de Uallib⁹ sernaij sanct⁹ Theobaldus abbas/ In Siluabenedicta Podieñ dioceſ Margareta monialis ꝛ sacrista/ In Sconaugia Hildegundis que in habitu virili se fratrē Joseph nominans ibi sub habitu nouiciat⁹ spiritū domino impollutum reddidit/ In monasterio sancte Ualburgis Margareta sancta monialis. Sunt ꝛ alij plures in diuersis hui⁹ sancte religionis locis famuli dei qui miraculorū claritate suam in dño sanctitatē ostenderunt/ circa quorū descriptionē diucius insistere gratia breuitatis nō decreuim⁹/ in spiritu humilitatis eos omnes orando vt sicut sub suaui iugo sacre huius religionis altissimo placuerunt/ sic etiā pij intercessores ꝓ ipsius defensione/ protectione/ ꝛ ad pristinum sanctimonie decus reductione efficiantur.

Paterna cōmendatio ordinis p dominū Alexandrum papā .iiij.

Alexander Epus seruus seruorum dei. Uenerabilibus fratribus archiepiscopis/ episcopis/ ꝛ dilectis filijs vniuersis abbatibus in Cistercieñ capitulo congregatis. Salutem ꝛ apostolicam benedictionē. Inter innumeras mundani turbinis tempestates/ quas contra ecclesiam dei ꝛ nos ipsos feruentis psecutionis procella cōmouit/ magnū nobis est prestitū deo promedente remedium/ cū vniuersitatis vestre feruentissima caritas nec pericula timuit/ nec adminicula denegauit/ ex his videlicet retributionis cumulū ex illis auctore dño patientie cōsecutura triumphus meminimus plane/ ꝛ cū omniū gratiarū actione recolim⁹/ quā inuiolabili firmitate fluctuantē Petri nauiculam fidei vestre anchora seruauit in turbine/ qualiter etiā frequens orationū instantia

quasi iterũ dormientem in eadem nauicula saluatorẽ ingruen-
te suscitauerit tempestate/ Ita vt sepe numero magnitudine
stupefacti miraculi/ ⁊ ipsum glorificemus/ quo mari ⁊ fluctibus
imperante optata cepit arridere tranquillitas/ ⁊ vos penitus
venerabiles habeamus/ quorũ nobis suffragantibus meritis
celestis credit̃ placata maiestas. Accedit ad hec omnia dilecto
rum filiorũ nostrorũ Cistercieñ ⁊ Clareualleñ abbatum sollici-
tudo laudabilis ⁊ deuota/ qui nõ humano instictu sed superni
consilij spiritu prouocati/ pro pace vniuersalis ecclesie labores
maximos ⁊ pericula subierunt/ quod tanto nobis ⁊ fratribus
nostris gratũ est amplius ⁊ acceptũ quantũ eorum studium et
laborem vniuerse dei ecclesie magis cõfidimus profuturũ/ ma
ximeꝫ speramus/ quod pia eorũ instantia vestris orationibꝰ
incessanter adiuta ad ordinis honorẽ ⁊ cõmodum/ ⁊ adoptate
pacis profectura sit incrementũ. Debitores ergo vobis pro tã
multiplici caritatis vestre munere constituti vos ⁊ sacrum or-
dinem quẽ seruatis/ omni qua possumus affectione diligimꝰ/
⁊ eiusdẽ ordinis profectibus ⁊ augmentis amplissimo studio
prompte sollicitudinis aspiramus / quandoquidem inutiliter
videremur/ superni agricole vicissitudinem gerere si plantati-
onem quam plantauit dextera eius oportunis cessaremus im-
bribus irrigare. Eapropter vniuersitatem vestram per aposto
lica scripta rogamus monemus ⁊ exhortamur in domino qua
tenus recolentes qualiter hec plantatio sancta/ hec vitis fructi
fera/ hec deniꝫ vinea domini sabaoth sub primis ordinis pa-
tribus pullulauit/ ⁊ palmites suos longe lateꝫ producens ad
mortifera circumquaꝫ venena pellenda flores protulit ⁊ odo
res effudit/ peruigili custodia studeatis eorum in omnibus in-
herere vestigijs/ per quos cooperante domino indeserto mun-
di huius flos huiuscemodi plantatus est honestatis / hi quo-
niam monastice fragilitatis contentissimi professores opti-
mum ponentes in paupertate principium / totius efficientie
assecuti sunt complementum/ ecclesie clari episcopis ⁊ prelatis
accepti atꝫ in conspectu regum ⁊ principum fama et merito

gloriosi. De cetero nos ꝛ totum ecclesie sancte negociũ vestris
deuotis orationibꝰ cõmendamus/ orantes ꝛ ipsi vt omnipo-
tens pater in cuius estis nomine cõgregati ordinatiões ꝛ ope-
ra vestra in beneplacito suo disponat/ ꝛ vos pariter ac subdi-
tos fratres ad spiritualia iugiter incremẽta ꝓmoueat. Adhuc
qui predictũ Clareuallensem abbatem pro ineuitabili necessi-
tate promoueri de pacis ab aduentu capituli duximus retinẽ-
dum/ eum a vobis petimus haberi excusatum/ sicut ꝛ de ipso
Cisterciẽ in patientia vos sustinere rogamus si forte contige-
rit/ ꝛ cum pro tanta necessitate celebrato capitulo reuocemus.
Datum Beneuentẽ. xiiij. kl. Augusti.

Scriptum fauorabile Frederici impera-toris ad abbates ordinis Cisterciẽ in capitulo congregatos in cõmendatione eorum ꝛ ordinis/ peteñ in eorum frater-nitate recipi/ ꝛ se defensorem ordinis de-clarando.

Venerabilibus In christo patribus et
amicis dilectissimis omnibus abbatibꝰ Ci-
stercieñ ordinis F. dei gratia Romanorum
rex semp augustus ꝛ rex Sicilie. Salutẽ in
domino/ ꝛ ad omne beneplacitũ ipsorũ pa-
ratũ ꝛ expositum. Si iuxta veritatis vocem
vbi duo vel tres cõgregati fuerint in nomi-
ne domini nostri iesũ christi ipse in medio eorũ est/ quid credẽ-
dum est vbi nõ solũmodo duo vel tres sed tot nobiles athlete
christi/ tot excelse colũne ecclesie sue in nomine suo imo ad ho-
norẽ nominis sui de diuersis mundi partibus coadunati sunt
ꝛ congregati nisi ꝙ ipse in medio vestrũ habitat ꝛ spiritus suꝰ

quẽ in vos ipse transfudit/ ⁊ sanctissima pectora vestra seipso
inflammauit. De qua igitur re/ succensi flamma caritatis/ ꝯsen
seritis certissime obtinebitis et fiet vobis. Et quicq̃d postula/
ueritis patrẽ in nomine dilectissimi filij sui domini Jesu dabit
vobis affluenter ⁊ non improperabit. Credimus eñ imo vere
scimus q̈ tanta est sanctitas huius reuerendi ordinis tanq̃ est
placens tanq̃ suaue ⁊ acceptabile holocaustum orationum ve/
strarũ quod ei quotidie offertis sub carnis vestre maceratione
⁊ mortificatiõe q̈ omne id quod a creatore nostro duxeritis pe
tendũ cum pius ipse sit ⁊ promptus ad benefaciendũ/ obtine
bitis a multitudine miserationũ suarum. Est etiã fides nostra
nõ vtiq̃ parua/ q̈ hic mundus qui lubricus ⁊ immũdus est ⁊ in
maligno positus/ orationibus vestris sustentatur/ ⁊ a facie fu/
roris illius tremendi iudicis/ cuius irã peccatis nostris accen/
dimus defensatur/ auertendo suã quã meremur indignationẽ
Cum igitur hoc firmissime credamus q̈ ab ipso patre miseri/
cordiarum pijs orationibꝰ vestris impetretis quicquid ab ip/
so in nomine vnigeniti filij sui humiliter postulaueritꝭ/ nos qui
peccati pondere recognoscimus oppressos nos esse/ omni humi
litate/ omni deuotiõe ab vniuersis vobis ⁊ singulis qui in no
mine christi hic cõuenistis/ petimus ⁊ obsecramus omniũ pre/
cum instãtia quatenus in fraternitatẽ vestram nos recipiẽtes/
⁊ in consortiũ sanctissimũ orationũ vestrarum nos colligentes
speciales creatori nostro preces effundere dignemini/ vt gratia
sua misericorditer in nobis deleat ⁊ emendet quicquid hacte/
nus cõmisimus ex humana carnis infirmitate/ ⁊ in his que si/
bi placita sunt nos confirmare dignetur. Et licet peccatores si/
mus/ cum tamẽ per ineffabilẽ misericordiam Romani imperij
gubernacula suscepimus/ det ipse nobis vestro pio interuentu
spiritũ iudicij ⁊ veritatis vt sic sub nobis regatur imperiũ ⁊ dis
ponatur vt ad laudem ⁊ gloriã nominis sui sancta sua ecclesia
quã in ara crucis sanguine suo redemit/ pacis gaudeat optata
tranquillitate/ ⁊ nos post decursum temporalis huiꝰ imperij/
vna vobiscum ad imperiũ sine fine mansurum peruenire pos/
simus/ ⁊ ipsum videre in decore glorie sue qui pro nobis hu/

B 3

milis ⁊ despectus fieri non despexit. Et quia hoc timore meritorum nostrorũ obtinere formidamus/piis orationib⁹ vestris hoc cõsequi posse speramus ⁊ optamus. Ceterũ quia signũ viuifice crucis die nr̃e coronationis vt labore ⁊ studio nostro terra sancta/terra illa quam calcauerunt pedes domini terra illa in qua dominus salutem omnium nostrum operatus est a manibus inimicorũ crucis christi/qui eam violenter detinent capiatur/suppliciter petimus vt vestris sanctissimis orationibus desideriũ nostrũ compleatur. Adhuc quia recognoscim⁹ quia omnino ea que diuina clemẽtia circa nos ⁊ in nobis misericorditer ⁊ miserabiliter operata est p dominũ ⁊ patrẽ nostrũ summũ pontificem sicut per vicariũ ⁊ ministrũ suũ dignata est operari petimus humiliter ⁊ deuote vt qꝛ ad psoluendas debitas gratiarũ actiones ꝓ tantis beneficiis/nosipsos iudicamus insufficientes/vos vice ⁊ loco nostro hoc apud ipsum velitis piissimis orationibus vestris ꝓmoueri/vltimo orationib⁹ vestris nos recõmendantes scire vos volumus ꝙ omnibus dieb⁹ nostris huius sanctissimi ordinis defensores esse volumus et per omnia facta sua tanꝙ nostra ꝓpria promouere. Datum apud sanctũ Naborem. xii. kl. Septembris. Indictione. iii.

Pia τ exhortatoria toti9 operis cõclusio.

Eya venerabiles τ egregij patres/amantissimiq; ac deuotissimi fratres/ sacre huius religionis alumni τ cultores spiritus vestros nedũ per capreas/hinnulosq; ceruoz sed certe per viscera misericordie dei nostri/per vulnera preciosissimũq; sanguinẽ dñi nostri Jesu christi/ac p illam eterne beatitudinis portionẽ quã sub gloriosissimo regine celi mantello finaliter expectatis adiuramus/obtestamur/interpellam9/hortamur τ rogamus vt feruenti caritate cõsideratis p̃sentis voluminis tenoribus/nobilissima sancte religionis vestre exordia atq; fundamẽta attentius animo reuoluentes/ vos deinceps iugiter totos saltem in duobus sine fictione paratos/efficaces/et beniuolos exhibeatis/Primũ vt in omni vita τ conuersatione tanq; veri sanctorum filij τ successores/ad petrã vnde excisi estis/iuxta Esaie commonitionẽ attendentes/exemplo eorum qui vos in sancta vocatione ista tam gloriose precesserunt/ sacri ordinis vestri puritatem coram deo τ hominibus obseruare studeatis Secundũ vt amplissimo premissorũ vigore priuilegiorũ in religiose dilectionis vniformitate τ concordia/ vos et vobis cõmissa seu credita quecunq; bona murum defensionis pro domo dei/religioneq; speciali sue intemerate genitricis constanti virtute opponatis. Est enim omniũ religionum prima in ipsius virginis matris honorem dedicata/in qua sub suaui sancte reformationis iugo τ obseruantia/nõ solum sancti quorum nonnullos annumerare curauimus. Uerumetiã innumerabiles ex omni statu mundi iter regni celestis vobis ostenderunt. Nam crebro multi pontifices in vtroq; statu reuerendi/ tante deuotionis odore attracti/ infulis depositis /simplicem cum dei famulis monachatum ducere gaudebant. Innumerabiles decani/ abbates/ archidiaconi/ cantores/ ceteriq; ecclesie/ necnon aliorum ordinum prelati/mẽte humili/ pauperes christi/patres vestros imitari studebant/ sua etiam quandoq; loca sacro ordini supponentes. Regum quoq; ac principum filij et nepotes/ nõnunq; ipsi principes/reiecta glorie mũdialis

pompa/ad ordinis vestri humilē paupertatē cōfluebant/quo-
rum nōnulli monachorū cucullā/alij conuersorū barbā/ceteri
fratrū laicorū statū eligebant/Nouū pfecto et grande spiritua
lis milicie spectaculū/inclitū nup videre militē in seculo glorio
sum delicijs affluentē/iam gustato spirituali patrū vestrorum
pane/ad christū conuersum cū hilaritate spiritus claustrū sco-
pantē/coquine officijs prompte seruientē/bubulci/ouispilio-
nis et aurige seruitio hilariter incumbentē/pane ordeaceo/fa-
ba/lente/oleo et aqua suauiter reficientē/aliasqz religionis au-
steritates pre nimio regine celi amore claro pectore dulciter in
huius religionis simplicitate ferentē. Non solū aūt premissos
sacra suscipit religio/verumetiā innumerabiles doctores/phi
losophos/rethores/medicos/dialecticos/iuriscōsultos/ac the
ologos christo cum humilitate seruire edocuit/quorū nomina
scripta/opera pclara/enarrare si volumus/nō minus q̄ stellas
celi numerare temptaremus. Sublimiū quoqz exemplo psona
rum alij inferiores gradus ad ordinis vestri gremiū cōfluebāt
nobiles/burgenses/practici/mercatores/artifices laboratores
et in plebe honorati diuites/qui temporalibus dispositis opi-
bus se et quandoqz cum ingenti massa auri monasterijs dona-
bant. Ex quibus taliūqz laboribus sumptuosa ceteris pfecto
clariora regine celi in hoc ordine constructa sunt edificia. Cui9
meriti religiose ac christo deuote matrone participes fieri cupi
entes manus largas apponebant. Sic breui tempore ex quoli-
bet orbis statu dn̄a mundi innumeros speciales famulos fa-
mulasqz sub hoc habitu celesti acquisiuit. Quid ergo iam nos
faciemus aut coram sūmo deo dicemus/si quod absit/tot qui
nos pcesserunt/qui viam paradisi in mundo nobis ostenderūt
qui loca religioni aptissima nobis parauerūt/libros/cartas/or
namenta/domos possessiones/amicos/puisiones/et queqz ad
sancte cōuersionis obseruantiam necessaria magnifice reliquē-
runt/desides aut delicati milites seu indisciplinati successores
sequi nolumus/aut certe cōtēnamus hec pfecto sacra reli-
gio/que potior ad sancte regule beati Benedicti obseruantiā
reformatio dicitur prout sanctissimi Bernardi aliorūqz patrū

scripta tradunt peculiaris est in terris familia gloriosissime ma
tris domini cuius viuendi formā sibi deuotis famulis primis
patribus nostris inspirasse certū est. Nam vltra spirituales re-
uelationes intimasqꝫ consolationes sepius fulgidissimo celi ci-
uium stipata comitatu eos visitabat/etiā visibiliter consolaba
tur/edocebat/adiuuabat/dirigebat. Obhoc ⁊ ipsa sacri huius
ordinis patrona/domina/protectrix/ ⁊ aduocata nominatur/
sicut ordo ipse primus est omniū ordinū in eius honorem de-
dicatus/cuius habitū tam monachorū q̄ sanctimonialiū tra-
didisse fertur/cum tante dignitatis auctoritate/merito ⁊ virtu
te/vt diabolus nullam habeat potestatē in aliquē qui eo indu
tus moritur/saltem donec de ipso iudex viuorū ⁊ mortuorum
dederit sententiā. Deniqꝫ huius sancte vocationis tolerantia
ꝓ omnibus peccatis p̄cedentibus sufficiens creditur peniten-
tia/quinimo si ꝑ possibile demō aut etiam Judas humiliter et
integraliter sacri ordinis obseruantias custodirent/ de eorum
salute finali nequaq̄ desperandū videretur/vnde ⁊ iuxta chri-
sti reuelationē / infallibileqꝫ promissum perseuerantes in isto
ordine sub religiosa humilitate ⁊ obedientia infallibiliter sal-
uabuntur/has veritates similesqꝫ cōclusiones apertis litteris
docent sanctorū monimēta/⁊ inter cetera clarissimus liber qui
exordium Cistercij inscribitur/quarū participes in hoc seculo
⁊ in alio religiosam hanc familiam ꝑ vniuersa mundi climata
cōstituta ~~participem~~ faciat pijssimus dominus Jesus sue dul-
cissime matris precibus. Amen.

Carmen rithmicũ in laudem Cistercij.

Gaude felix mater Cisterciũ. firmamẽti spera stelligera.
Paradisus lignorũ omniũ: quẽ diuina plantauit dextera.
Fons erũpens in quadrifluuiũ: quo virtutũ rigant olera.
Te fundauit virgo ꝑpetua: trinitatis sacrum triclinium.

Arca noe cõtra diluuiũ: saluandorũ altior camera.
Tu columba deferens foliũ: oliuarũ pacis signifera.
Scala Jacob visa ꝑ somniũ: penitẽtes mittis ad ethera.
Caritatis dispergens munera: saccus ciphi. Joseph peculiũ.

Rubus ardens monstrans ꝓdigiũ: castitatis vires ꝑ opera.
Virga ducis dans mare preuiũ: vita forti trãscendens aspera
Tu colũna ductrix fideliũ ꝑ desertũ ad montis supera.
Testamenta dans arca federa: eleuatus clipeus fortiũ.

Vellus rore complutũ nubiũ pietatis exprimis vbera.
Fons maxille dans refrigeriũ: lectionis frequẽtis littera
Funda Dauid ꝑ Jeiuniũ: hostem frangens in carne tenera.
Sic cisterna Bethleem viscera reficiens pie precantiũ.

Virgo fouens regale sericũ languidorũ releuans onera.
Tu regine Saba cõuiuiũ: contẽplando subintras ꝓpera.
Thronus regis tu sanctuariũ: tu altare expians scelera.
Currus ignis quẽ fert in aera: metus ⁊ spes dolor ⁊ gaudiũ.

Cedrus montis hysopus valliũ sũma tenẽs: moderãs infera.
Aquas scindens Helye palliũ: mala spernis eligẽs ꝓspera.
Helysei gratũ tuguriũ: in quo fessus refouet latera.
Tu vas nouũ salis quo misera: corruptio sanat fontiũ.

Fons qui creuit in magnũ fluuiũ: tu es mater nr̃a sic libera.
Tuus ordo Cisterciensiũ/ est in orbe sol lux ⁊ sydera.

fo. 196.

Generale tuū collegium: p virtutū currens itinera.
Gloriosa virgo christifera: ad salutis pducas brauiū.
Amen

Opera et ipēsa Reuerēdissimi in christo pris et dñi: dñi Johānis abbatis Cistercij sacre theologie eximij pfessoris: ad omnium sui sacratissimi ordinis filiorū consolationem et pfectum/ hoc opus pluriū summorū pontificum priuilegiorū/ quib⁹ dictus sacer ordo Cistercieñ amplissime cōtra omnes iniurias et insultus: priuilegiatus est et munitus: emēdatissime et integerrime impressum Diuione p magistrū Petrū Metlinger Alemānū. Anno dñi M.cccc.nonagesimoprimo.iiij. Nonas Julias.

Finit Feliciter.

F. Conradus Leontori⁹ Mulbroñ beniuolo lectori Sal.

Quisquis es accipies istum qui forte libellum.
Ordinis eximij quisquis amator ades.
Per lege: que fuerant ignotis condita chartis:
Lectaqz continuo pectore volue tuo.
Hic tuus ordo sacer: pcelso munere fulget.
Hic tua libertas: religionis honos.
Inuenies quantos pro te exhausere labores.
Qui tibi sunt vera sedulitate patres.
Si quis erit moueat qui forsan prelia: et atris
Te premat insidijs: armaqz iniqua feret.
Excipe plumbatis celer hunc: et frangito bullis.
Ne timeas: vinces: nam tibi iura fauent.
Aspice pontifices sūmos: regesqz ducesqz
Qui penitus prestant libera colla tibi.
Utere (quam longo tenuisti temporis vsu)
Libertate tua: subdit⁹ vsqz deo.
Et si iusta precor: monitusqz attendere nostros
Non dedigneris: que rogo pauca: tene.


198

Sit tibi secretum: retinet quodcu͞qꝫ libellus
Iste tuus: fugiat nec patiare ꝑcul.
Et quoscunqꝫ homines: quos nō Cistertius ordo
Contegit: euites parue libelle precor.
Nam tua si prodas alienis auribus: atqꝫ
Lumina te videant lurida: nempe peris.
Quare age sub tuto latebras hoc ordine querens
Nobiscum semꝑ delituisse velis.
Sed tu qui legis hec. merita qua laude Johannem
Cistercij abbatē concelebrare potes:
Ille etenī nulli sacra virtute secundus:
Ordinis ꝛ diue religionis apex.
Is tibi: sed ꝓprio consingens ere libellum:
Pontificum cartas innotuisse dedit.
Hunc tu perpetuo charum venerare parentem:
Et viuat memori semꝑ in ore tuo.



Monasterij, & Cellæ Abbatis Septimi.

F: Conradus Leonbergers


199

Coram Reuer. P. D. Seraphino,
Mercurij 26. Iunij 1591.

DVbitatum fuit an Abbas, & Monachi Sancti Ambrosij Maioris Mediolani ordinis Cisterciensis sint exempti à iurisdictione Reuerendissimi D. Archiepiscopi, & fuit vno ore resulutum esse exemptos ex particularibus priuilegijs Iohãnis vigesimi tertij, & Innocentij Octaui, qui referunt alia prædecessorum suorum priuilegia, nec non Alexandri Sexti, qui eadem priuilegia communicauit Cisterciensibus quibus concessum fuit præfatum Monasterium, quia & a iuris interpratibus præfatæ exemptionis Cisterciensium fit mentio veluti per glo. in clementina attendentes §. hoc igitur. in verbo alia. & ibi Bonifatius de statu Monach. Aliæ quoq; extant constitutiones hoc idem probantes nempe Leonis X. constit. 40. in Bullario Pij IIII. constitut. 92. Pij V. const. 38. & Gregorij XIII. const. 23. ita vt de hac re nullus supersit dubitandi locus præterquam quod à prædicta generali exemptione sunt excipiendi nonnulli casus particulares contẽti in decretus Concilij varijs in locis nempè sess. vI. cap. 3. de regular. sess. vij. cap. 14. sess. xxi. cap. 8. sess. xxv. cap. 12. & 14. verum isti sunt casus singulares, qui non faciunt ad id de quo nunc agimus, vnde conclusum pro exemptione.